heres et caue inspicere. **A**liū exemplū est secularibus: oculos non custodire. Dic p̄ctm̄ tuū cum verecūdia et tristitia in magno p̄po/ sito dimittendi coram deo et p̄sbytero tuo. **D**ic culpā tuā singulariter: sic feci et hoc feci. **N**ota bene in quo stat culpa tua: et hoc ex/ pone simplicibus verbis. **N**on debes malū alicuius dicere: nisi possit sibi vel alteri p̄o/ desse. **A**ccusa aliū cum cōpassione: sicut cum infirmo fratre. **T**unc cōsciētia est bona et rō tua recta. qm̄ nihil agis nisi fm̄ sacram sc̄ptu/ ram et intelligis eam sicut sc̄ti intellexerūt: et non credas capiti p̄prio. **B**onū esset hoī spūali q̄ tēporalia sua in aliquo tēpore depu/ tato tractaret: et post ad spūalia rediret qua/ si oīm oblitus. **E**stimo q̄ motus et cogitatio/ nes que incidunt in corde nostro non sunt in potestate nostra: sed tñ nost̄ est aliquid bo/ ni in corde nostro plantare. legendo orando ruminando: donec aliq̄ motus illiciti ab his vi/ cti succubant. et p̄ gratiā dei cessent. **S**unt ali/ qui tātē supbie. q̄ vel oportet eos alios rege/ re. vel oīno deficere et ad mudū reuerti: quia nec sciunt se cōre alijs nec subesse. **S**epe mo/ uet totū corpus fm̄ passiōē q̄ regnat in ho/ mine: ip̄o tñ non cōsiderare. **Q**uidā p̄ me/ diū annū nec bñ potuit dormire nec come/ dere et non potuit causam inuenire: sed post/ modū inuenit causam que fuit tristitia. ita la/ tent passiōes in nobis. **D**ebiles non iudica/ bunt facta superiorū: q̄ sepe fallunt. **N**il tene secretū vel in rebus vel in p̄sciētia qm̄ reueles. **R**aro loquere cum seculari quin cōfortes eum fm̄ statum suū ad bonum. **F**uge secula/ res magnates et cōiuiantes. **S**i facis opus humile et vile in p̄ntia hoīm noli ridere: si ri/ des supbis. quasi hoc opus ad te non p̄tine/ at. **D**isce intelligere quid oras: sic expellē/ vage cogitatioēs. **A**ltus cantus p̄turbat ca/ put: et sensum et deuotionē extinguit. **I**n oīo/ nibus potius desiderare debes gratiā et mise/ ricordia dñi: q̄ magna p̄mia. **M**aria re/ putabat se indignā salutatione angelica: et re/ p̄ta spiritu sc̄to ascendit cito ad montanā et seruiebat elizabeth. **S**i q̄s haberet loqui ma/ gno regi. p̄curaret sibi specialiores apud re/ gem: sic de maria agendū est. q̄ maxime spe/ cialis est deo. **O**mnia fierent hoī dulcia: si se bene exerceret in passiōe dñica. **S**ine infir/ mione deberemus cor nostrū erigere ad celū. et ad sacra scripturā recurrere: et sepius suspi/ rare. q̄ tam carnales sumus et pigri ad bona eterna querēda. **E**x nimia festinātia p̄dis

deuotio. caue ergo oportunitatē: et oīa fac cū/ attenda consideratione et non ex p̄suetudine. **Q**uā aliquid p̄trarium corpi tuo inuigilā: cogita q̄ corpus nō est tuū sed eius in cuius obedientiā te dedisti. **Q**uāto homo oīa bo/ na sua siue corporis siue anie cōia fecerit: tātō oīa bona aliorū erunt sibi cōia. **D**ilige om̄es cōuersos equaliter in deo: tam absentes q̄ te cum existentes. **F**uge factionē cui appēdet honor. v̄l de qua vane gloriari potes: it̄ pos/ set p̄ aliū eque bene fieri. **Q**uā in alio loco et p̄ alium potest bene fieri dilige et exalta plus: quā si p̄ te fuisset factum. **N**oli inuidere q̄ ali/ us te sanctior sit vel maiorē habet famā: sed dona dei ama in illo et tua erūt. **N**il sic extin/ guit carnalia vicia: sic feruēs studiū assuesce et coge te in camera manere et in libro legere: donec sit tibi dulce. et graue exiret cū gaudio intrare. **F**uge ad cellā sicut ad amicā: quia se/ curus es in ea. **Q**uādo cūq̄ homo loq̄ret/ cum hoībus. deberet nūq̄ v̄l imp̄meret eis hu/ milia. **S**cientia secularis est valde allectius. caueat ergo homo ne nimis afficiat ad illas sed p̄ illas quasi p̄ mediū studeat transire ad deū. nec maneat in medio stare. **D**eus et venerabilis pater florentius dixit sepe ad so/ cios suos et fratres. **B**ene uobis est et q̄ se/ cure statis et potestis sic viuere sub obedien/ tia. **E**t si antea sciisset. p̄ nulla re mundi in/ cepisset alios regere: nisi ipse prius sub obedi/ entia fuisset. **E**t nisi infirmitas corporis impedi/ ret adhuc mallet esse substrēmo aliquo mā/ gistro qui eius voluntatem plene frangeret. **I**tem si esset sub obedientia nūq̄ uellet esse perplexus. **N**am quiuis deberet ponere onus suum sup̄ dorsum alterius in quo dubi/ taret. **M**erito deberet se homo sub oībus cōuersis humiliare quātūcūq̄ etiam nouis quia nescit quantā gratiā sibi dederit deus. **N**unq̄ pōt aliquis venire ad veram humili/ tatem: nisi cōtēpnat ab alijs et in nullo curet. **M**elius esset cōculcari cum pedibus: q̄ lau/ dibus aliorū consentire. **C**um aliquis frat̄r p̄tuit consiliū: debes ei humiliter dicere qd̄ legisti. **S**emp̄ est melius sequi videre aliorū q̄ p̄p̄riū. nisi homo sciret aliquid melius sibi reuelatum: p̄pter humilitatē eius qui ab eo interrogauit. et nūq̄ sibi illud ascribat. **S**i homo habuerit multas fantasias: tunc debz vocaliter orare. **O**m̄ia exercitia et studia sua debet homo dirigere. v̄l passiōes et defectus suos super: quia alias parum proficit. **I**n la/ bore cōmuni sta in cōtinua custodia cauēdo

multa verba: et cogita de studio tuo que legi/ sti. **N**on est morbus tam grauis a quo ve/ rus obediens nō curat. **S**i homo pure se res/ signasset: non deberet plus sibi confidere vel desperare q̄ superior sibi diceret. **S**epe de/ bet se homo resignare i die deo et sup̄iori suo. et genua cordis pro licentia flectere: et intelle/ cūaliter obedire. **A**irō: q̄ qui sub obedien/ tia est habet dubia: et non stat p̄tens. **Q**uā aliquid boni facis. caute respice v̄t fiat vtiq̄ propter deum et non cōcupiscas aliud nisi ho/ norē dei et edificationē p̄ximi. **I**nter fratres potes cogitare. **S**i possem me taliter habe/ re: q̄ nullus per me scandalizaret. **S**emp̄ de/ bes nū querere cōmuniā. quia si querere in/ cipis te in minimis: cito p̄haberis ad maio/ ra. **Q**uicqd̄ est p̄ cōmuni bono sollicite cu/ stodire debemus sicut sacra vasa altaris. **L**i/ ba sacre scripture custodiendi sunt: ranq̄ ve/ ri sumus thesaurus ecclesie. **I**n scriptura nō solum querere debemus nos. sed q̄ bene scri/ bimus: sed etiam vtilitatē cōmunis boni. q̄ libri sint correcti et bñ cōp̄ctuari et distincti. quia nos non libenter studemus ex malis et incorrectis libris. **U**e illi qui i cōmunitate existens querit quod suū est: v̄l dicit aliquid esse suum. **D**e homini qui in cōitate murmu/ rat de aliquo: et dissentit cōitati vel q̄cūq̄ modo eam p̄turbat. **T**unc verē in vñū habi/ tamus: si vñū volumus vñū sapimus et vñū moris sumus in domino. **I**n oī ope suor mo/ ribus suis studeat se quibus cōmunitati con/ formare in legendo cantando comedendo ies/ iunando: et non sit singularis. **N**ihil tā pacifi/ cum reddit hominē. q̄ q̄ nihil ex se p̄sumat facere: sed totū cū cōsilio bonorū. et semp̄ cre/ dere salubrius esse quod p̄sunt. **S**tude hu/ militer implere qd̄ tibi iubet: q̄ si vis discer/ nere vir verus obediēs eris. **Q**uantū po/ tes stude deuotiōi attēte orando. **D**issolutio est deuotiōi cōtraria sicut aqua igni. **Q**uis paup̄ es in virtutibus et debilis. nō debes tñ te deicere sed magis humiliare et cogitare: q̄ non habeo magna. volo istud parū deo of/ ferre qd̄ habeo. sicut maria obtulit par turtu/ rum et non agnū. **I**lle verē est frater et amic⁹ alterius. qui odit vicia sua: et iuuat ipsum ea vincere. **S**emp̄ debes nūq̄ te occupare aliqui bus bonis: et oīno non attendē ad fantasias. **P**ericulosū est multū sepe loqui vel cōuer/ sari cum hoībus secularibus potestatē habē/ tibus siue dignitatē: vtputa sicut scabini. p̄/ byteri. canonici et alij diuites. **R**atio est quia

natura timēs illos: sepe homo applaudit eis et assentit v̄bis eorū. **L**auas de multiloquio. maxime ap̄d seculares: q̄ raro loquit̄ homo quin postea penitet de aliquo verbo incauto etia abstineas a risu et cachinnis: q̄ q̄les ipsi xpi viderunt hominē ab extra. talem ipsum iudi/ cant ab intra. q̄ quis tñ talis non sit. **P**ariū p̄dest multū studere. nisi quis studeat vitam suam emendare: et cum omni diligētia ad bo/ nos mores ordinare. nā dyabolus multa scit de scripturis et tñ nihil ei p̄dest. **S**i quis de mane tardus et piger fuerit. non debet despe/ rare: qm̄ deus pōt sibi dare gratiā deuotiōis qm̄ sibi placuerit. **N**il laborem breuē orationū/ culam p̄mitte. **S**eruus xpi breuiter et sub/ missa voce loqui debet. et cauere loq̄ vbi nō debet: et si necessitas cogit. eat ad locū secre/ tiorē sibi licentiatū: et videat vtrū expediat quod loquit̄. **S**emp̄ nūq̄ debes q̄difices an/ dicentes verbis tuis. et trahas eos magis ad seruiciū xpi: qui nihil placabilius deo q̄ labo/ rare p̄ aiabus cōuertendis. **E**t nihil iniurio/ sius deo facere possumus q̄ aliquem nostro malo exemplo scandalizare v̄l a seruicio dei latāre: quia hoc peius est q̄ xpm̄ cui iudeis carnalit̄ crucifixisse. **P**ro oībus actib⁹ bonis debes nūq̄ p̄ puritate cordis. et bonas medi/ tatioēs assumere: quia ex his surgit charitas oratio deuotio. et om̄s alie virtutes firman̄. **N**unq̄ sis ociosus. sed sancta precipue occu/ patōne implicitus: dirigēdo affectioēs tuas et om̄s opationes ad deum. **M**elius est mo/ dicum spiritus: q̄ multa sciētia sine deuotio/ ne. **N**am pulchriorū verborū valde leuis est emptio: sed operū bonorū difficilis inuentio. **Q**uicqd̄ fecerit homo. si non senserit se inde humiliorē: nihil sciat se lucratum. **Q**uando aliquid boni facis: fac simpliciter et pure ad honorem dei et nō queras te ipsum aliquo modo. **E**x improuidentia verborū veniūt perturbatioēs scandala et oblocutiones. **U**i de ergo qd̄ facis quare facis et quomodo fa/ cis. **N**on est leue in quo offenditur deus: et scandalizatur proximus. **A**nte initium ope/ ris propone qualiter te velis habere: nec le/ uiter hoc frangas. **S**essida ad cellam: et recu/ perabis deuotiōē perditam. **Q**uando duo vel plures colloquuntur. quiuis respiciat: q̄ non ad inutilia sermo procedat. **E**t si conti/ gerit debet hoc alteri absq̄ omni verecūdia dicere charitatem et humiliter. **F**rater nō et pedit nobis plus loqui eamus ad cellam: et faciamus aliquid melius. **S**eruus dei quā/

etiamque potest debet niti qd cor suū auertat a creaturis et cupiditatis terrenis. Et quāto plus in illo profecerit: tanto crescit appetitus ad amorem dei. Desiderās proficere studeat sibi vim facere hoc est mitatur vicia sua vince re: vt qui prius desiderauit sublimia. iam de sideret humilia. et sic de alijs vicijs vicendis

Bonus obediens nūq̄ debet parupede re mandatū quantūcūq̄ leue videat. Tūc dyabolus in veritate fugit a nobis. quando persperxit nos humiles et vnicordes: quia ipse est pater superbier discordie. Non debe mus attendere primū nostrum vt pulchrum vel diuitem: sed sicut sanguine xpi redēptū. Seruus dei multum niti debet pro pace et cō cordia habenda cum fratribus suis: quia an geli nihil plus diligūt et libentius vident in nobis. q̄ q̄ sumus inuicem pacifici et concor des. Quicquid boni seruus xpi facit nunq̄ sit securus: sed timeat semp de se ipso ne for te reprobus inueniatur corā domino nostro iesu christo. Et pre oibus debet niti: vt omīs homines reputet: sanctiores et meliores se.

Deuotio non est aliud nisi desiderū ante ad deum. Quantūcūq̄ paruū consuetudi nis nostre fuerit. si q̄s tñ humiliter studuerit facere: totum reputabit pro obedientia. Et si neglexerit et nō curauerit: timeo qd grauitur punietur. Oprans in humilitate proficere se pe debet sibi dura et despecta proponere: et se metipsum arguere. iudicare et condemnare. et secretis cogitationibus suam vilitatem cō siderare: vt adueniente hūilitatiōe sciat pati enter contēptus pati. Cum sentis inuidiā vel suspitionē aut vanam gloriam: responde tibi ab intra et dic. Prochpudor qd tu adhuc tam miser et tam debilis es. qd ex aliorū profe ctu deficiis et deterior efficiaris: sicut ab intra temetipsum humilia et cōfunde. et fugiet dya boli tēratio a te qui solet talia ingerere. Ma gno labore optet nos p carnalia pugnare: si vo lumus ea vincere. Raro vel nunq̄ comedi mus quin dyabolus insidiatur nobis. Vgitur semp vigilemus et oremus. quia aduersarius nunq̄ dormitat: s̄ vndiq̄ nos impugnat.

Incipit plogus libri quarti de discipulis domini florentij.

Quia deo donante de venerabilibus patribus ac illustribus viris magro gerhardo et domino florentio quedā virtutum opera fm tenuitate ingenij mei im polito sermone descripsi: restat nunc consc quenter pro vt memorie occurrat. de eorū di

scipulis aliqua assignare: que simplicium fra trum vitam et mores valeant humiliter infor mare. Hi etenim seculi pompā et carnis molli ciem viriliter calcantes. christum sectati sunt per artam viam que ducit ad vitam: et nō in merito celi luminaribus cōparent. Nam ma ximam multitudinē fidelij virtutibus suis illustrarunt: quā ad bene agendum dum ad huc viuerent exhortari non cessarunt. Ideo qd pia eorum in christo cōuersatio non est pe nitus silenda: sed ad instructionē paruulorū pandenda sunt facta eorum veneranda.

Quius. Rogo te obnix vt de tam pclaris viris paucas deuotōis scin tillas in lucē proferas. quibus accē di valeat ad virtutis amorē: quatenus ex au ditu modernorū noue cōuersationis statum arripiam. Nam pleriq̄ poetarū gesta scriple re gentiliū. pro qualicūq̄ vtilitate legen tium: quātomagis ad p̄solationē religiosorū recitare debes exēpla seruorū dei qui mūdū triūpharent: vt boni in melius sp̄ pficiant. et pigri de torporis lectulo citius suscitentur.

Enior. Si me digneris audire: dicā qd nō parū te edificet in p̄riti. Eos tñ bi pponā qui non tñ virtutis nomē sed cū bono noīe vitam tenuerūt virtutibus clarā. Sed iam p̄cholo: aliq̄ sunt qui pmo seruoze de relicto. euagationes diligunt. va niloquijs delectant: p̄pziā sapiētia p̄mis pa trū n̄for institutionib̄ pponunt. et ad sua de sideria explenda callidis argumētis p̄sa cris legibus vtunt. Quorū stultā p̄sūptionē oimode caueas. et p̄batoz patrū hūiles mo res habitūq̄ attēdas: qui in diebus n̄ris sub disciplina reuerendi patris dñi florentij dauē trie emicuerūt. Det igit̄ deus nūc grām. p̄fe rendi ea que edificationis sunt. q̄tenus p̄is hic sermo sic simplices et humiles fratres eru erudiat: vt xpm sequi in religione cupientes oēm seculi curam p̄fecte abiciant: et tales in seruoze deuotōis et sancte simplicitatis sub iectione esse studeant. quales isti deuoti viri tutum viri omī studio predicādi extiterunt.

ExPLICIT plogus. **I**ncipiunt capitula.

De prima congregatiōe clericorum in da uentria.

De dño iohanne gronde. **II**

De dño iohāne brincherinc. **III**

De dño lubberto berneri. **III**

Scriptū dñi amiliū de felici obitu eius. **V**

Collecta quedā ex deuotis exercitijs dñi lubberti. **VI**

De dño henrico bruynē. **VII**
De dño gerhardo suthanic. **VIII**
De dño amilio de buren. **IX**
Exhortatio ei de mutua caritate fuāda **X**
De dño iacobo de vianen. **XI**
De iohāne kessel humili coco. **XII**
De deuotis exercitijs eius. **XIII**
De arnoldo schoenhouie deuoto clerico. **XIII**
Capitulum. **XIII**
De prima congregatiōe clericorum in da uentria. **Cap. I.**

Donorum

Bprobitas vt ratio dicat laudem dignam vbiq̄ meretur. Nam qui in vi ta sua laudabiliter vixe runt: post mortem quoq̄ obliuioni tradi nō de bent. Si quidem ad so lacium viuorum. actus iustorum recensendi sunt: et ad exemplū ceteris fidelibus p̄ponē di. Unde iam p̄cipue eos cōmendare opor tet qui in domo reuerendi patris dñi floren tij ap̄icipio domus illius deo humiliter ac deuote seruire studuerūt: et cum magno fer uore spūs vsq̄ ad finem vite in sancta obe dientia constantissime p̄manserunt. Non tñ oim intendo scribere virtutes. quod nullate nus possibile est: sed de pluribus pauca mi bi nota libet memorari. Cum igit̄ studij causa in annis adolecētie dauentriam pue nissim: quē suū iter p̄gendi ad regulares in wyndesem. Vbiq̄ inuētis fratribus canoniz as regularibus cū germano meo. hortatu il lius inductus sum adire summe reuerentie virum in ḡm florentiū dauentriē ecclesie vicariū sacerdotēq̄ deuotū: cuius fama dul cissima ad partes supiores iam ascēderat. et in amorem suū mentē meā traxerat: quēz fre quens turba scolariū in diuinis rebus agen tem rēcōmendare solebat. Visu enim et audi tu iustus erat. atq̄ oim oculis graciosus: vt pote verus dei cultor: et sc̄t m̄s eccleie deuotissim⁹ venerator. Veniēs ḡ ad p̄ntiā p̄ris re uerēd: mox pietate mor⁹: aliq̄tisp me secuz in domo tenuit et ad scholas instituit: datis in sup libris q̄bus me egere putauit. Demū ho spitiū cū qdā honesta et deuota matrona gra tis impetrauit: q̄ mihi et alijs multis clericis sepi bñ fecit. Adūctus itaq̄ tā deuoto viro et fratribus eius q̄tidie deuotā eoz p̄uersationē attēdi et inspexi: et gauisus sū ac delectat⁹ in

bonis moribus eorū et in verbis grē q̄ de ore humiliū p̄cedebāt: q̄ nūq̄ pus tales hoīes tā deuotos et seruētes in charitate dei. primi me vidisse memini. q̄ inter seculares viuētes de seculari vita nihil habebāt: nihilq̄ de ter renis negotijs curare videbāt. Nā domi q̄ te manētes. libris scribēdis op̄rā solícite da bant. sacris lectionib̄ et deuotis meditationi bus frequēter insistentē ad iaculatas orōnes labois ipe p̄ solamine recurrēbant. Abane etiā dictis matutinis horis ecclia visitabāt. et inter missā et celebrationē: p̄mitias oris sui et cordis suspiria deo libātes. puras man⁹ et oculos mētis corpe p̄strati leuabāt ad celū: p̄cibus et lamētis deū sibi p̄ hostiā salutē re cōsiliari q̄rentes. Hui⁹ eximie p̄gregatiōis p̄ mus institutor et spūalis rector extitit domi nus ac in ḡ florētius virtutib⁹ ornat⁹. et di uina sapia et intelligētia in agnitōe xpi refer tus: sacre ap̄lice vite cū suis p̄b̄is et clericis formā hūilit̄ imitādo. Isti ḡ cor vnū et aiām vnā in deo hñtes. singuli q̄ sua erāt in cōem p̄ferebāt: et simplici victū ac vestitū accipie tes. de crastino cogitare vitabāt. Sp̄ore nā qd se deo dicātes oēs rectori suo aut ei⁹ vica rio obedire sara gebāt: et sanctā obiam p̄ sū ma regula tenētes. totis virib⁹ se ipsos vin cere. et passionib⁹ resistere: ac mor⁹ p̄prie vo luntatis frāgere nitebant. rogātes insup fer nēter. vt p̄ defectib⁹ et negligētijs suis serio se corripere. Idcirco grā magna et vera de uotio erat in eis. et multos edificabāt x̄bis et exēplis: atq̄ patiēter derisiones seculariū ferentes. plures etiā ad seculi p̄p̄tū p̄duce bant. Et q̄ antea illos despererāt. vitā eorū sine honore tanq̄ stulticiā estimātes: postea ad deū p̄uersi et deuotōis grām expti. veros dei suos et amicos palā illos p̄scācia purgē te fatebant. Multi ergo viri ac mulieres. mū dana felicitate p̄p̄ta p̄uersi sunt ad dñm: et cōsilijs dilecti patris dñi florentij inuitētes p̄ cepta dñica fuare et mie opa xpiana deuotiō ne in paupes exercere studuerūt. Adiuuabāt aut̄ eū omīs fratres sui. verbū vite retinētes qui tāq̄ luminaria celi in medio turbarū lu cebāt mōdo senescēti. Quidā etiā sacerdotes sciam diuine legis illustrati. strenue in ecclia p̄dicabāt: quorū exp̄dicatione. fideles p̄li in pijs actib⁹ exercendis et f̄monib⁹ sacris au diendis salubriter sunt instructi.

De domino iohanne gronde. **Cap. II.**

Erit tunc tps in dauētria sacerdos deuotus dñs iohānes de gronde vi

etus de oetmershem ex twenchia natus hic fama celebris et sermone facundus. aliquo tempore in hollandie partibus honestissime conuersatus est: qui castitatis titulo inter sacerdotes insigniter effulsit. simplicia altaris officio sobrie contentus. Hunc venerabilis mgf gerhardus magnus ad se accersiri fecit ita scribens ad sacerdotes qui in amsterdam dño deuote tunc seruiebant quibus speciali charitatis vinculo vnitus erat. **Ait** namq. **Hoc** canis q villa dauentriensis mirabiliter bono p̄d̄ytero p̄ adiutorio spūalium in confessione indiget: q nullū talem ad votum nostrum habemus. Quapropter vos rogo si nō fuerit notabile impedimentū sc̄e ecclesie in amsterdam nostrum per dilectum iohannem de gronde a loco vestro remoueri: nobis sine dubio proficius erit. Et status sibi erit multum conueniens. qui nū ad hoc ordinatur: vt subueniat veraciter cōuersos ad dñm. q̄ est opus p̄issimū. Et libentissime et cum gaudio eū acceptabimus. Veniens igitur dauentriā ad mgf̄m gerhardū et benigne receptus: in antiqua domo dñi florentij cum paucis fratribus illius sc̄e cōgregationis humiliter et deuote cum cōi societate vixit: et feruens spū summo mane fr̄es ad orationem excitare cōsuevit dicens. **Surgite. vigilate et orate: vt nō intretis in tentationē.** Per mās̄it aut in eadem domo vsq ad obitū mgf̄i gerhardi: post cuius felicem transitū. fuit apud sorores in camera mgf̄i gerhardi. **Predicauit** aut verbum dei frequenter in ecclesia dauentriensi voce solēni: cuius p̄dicationi dñs florentius q̄q̄ reuerēter affuit: audiens intēte ac desiderāter diuini sermonis dulcedinē ex ore p̄dicantis. **Erat** enī vox eius sonoz aures hoīm penetrans et corda cōpungens. Hic etiā interdū 3uollis venit: ad cōfortandū deuotos fr̄es et sorores. Et quodaz tpe ibidē in quadagesima pluries p̄dicauit: in sup passionē dñi in die parasceues vltra sex horas deuotissime p̄dicando exposuit: modico tñ interuallo in medio sermonis p̄ viriū reparatōis p̄lis indulto. Lūq̄ charitatis intuitu moras illic faceret. quorundā deuotorum cōfessiones audiuit: dans remedia salutaria penitētibz et suadēs pmanere in proposito sancto. Nam multis in ea p̄lis ad seruandū deo inuētus est: et vsq ad tpa nra feliciter ampliatus. Tam diligenter deuotus p̄dicator querebat et libēter audiebat: vt hoc spicio receptus. verbū salutis ad p̄randium

sedens petentibus nō negaret: sed inter epulas corpis. animarū medicinā p̄stabat corde cōtritis sup delictis sibi confessis. In hoc si quid ē ope xpm imitabaf. qui inter cibos mē se penitentiam beatissime marie magdalene clemēter suscepit: et symonē penitēte male sentientez. p̄udenti rōne p̄ pietatis opa sibi exhibita redarguitz bñ instruit. **Accessit** etiā interdū ad fratres in monte sancte agnetis. eorū p̄fessiones audiēdo: qui adhuc pauperes erant et sine sacerdote. **Et ait.** Non sit vobis graue humilē deū sequi: nam paucis laboribus potestis regnū dei p̄mereri. Post hec redire festinauit ad habitatiōis suolocū. nolens diu a dilectis fratribus dñi florentij separari: cum quibus viuere vnicū sibi solatium fuit. et qui ipm cordialissime diligebant. **Simplex** erat in vestitu et sobrius in conuictu. nō blandiens secularibus p̄pter questum: sed sicut verus euāgelicus p̄dicator: lucrum querebat animarū augmentū spiritu alio p̄fectus in domibus deuotorū. **Cum** ergo dño fideliter ministrasset: et dies vocatiōis eius iam instaret vt pro laboribus suis eternam mercedē reciperet. cepit grauitate firmari. **Et** estimans se nō diu victurum. fecit se ad domum dñi florentij deportari: desiderans finem dierum suorum in medio fratrum consumere. quorum orationibus et meritis se confidebat in extremo maxime iuuari: et ab inimico insidiante fidelissime defendi. **Quod et factum** est deo miserante. Nam dño florentio cum fratribus suis presente cōfortatus est in misericordia altissimi: et ad iustitiam patris dilecti vltimum verbum suū terminauit in nomine dñi. Sicq̄ agonē suā dño cōmendans: spiritum vite summo mane circa horam quartam in crastino sanctio hannis ante portam latinam exalauit. **Anno** dñi millesimo trecentesimo nonagesimo sc̄do mensis maij die septima. **Sepultus** est autē in ecclesia beate Marie virginis ad laus venerabilis magistri gerhardi in vno sepulcro: vbi pariter requiescunt in pace. **Et** hoc apte satis. vt quomodo dilexerunt se in vita. ita et in morte non sint ab inuicem separati: in vna ecclesia sub vnius petre signaculo clausi. expectantes aduentum domini nōstri iesu xpi ab ipso iterum resuscitandi.

De dño Johāne brinckerinck. Cap. III.
Hic athlete dei successit dominus iohannes brinckerinck: quondā magistri gerhardi discipulus p̄dilectus

de zuphania natus. hic veniēte mgf̄o gerhardo et p̄dicante s̄d̄uersis locis cū ipso sepe perit: comes itineris et quē ad modū lucas cū paulo. **Un** multa bona frequē ab eo audiuit et didicit. factus deuotus imitator operū eius ac testis ydoneus sanctitatis ei⁹ intrās et exiens cum eo horas legēdo: ac alia pietatis obsequia sedulo exhibendo. **Post** cuius mortē feliciter celebratam sub obediētia reuerendi patris dñi florentij. deuote et humiliter vixit: nō segnīs emulatoz bonarū formationū quas olim magistro gerhardo p̄dicante s̄tibundo pectore hausit. **Dei** autē cōsilio ad sacerdotiū p̄mōtus est: mās̄itq̄ cum fratribus in congregatione multum laborans in edificatiōe prime domus dñi florentij donec defuncto dño iohāne de gronde ad regimen sororū poneret. **Qui** sicut vir strenuus et zelator castitatis. in omni disciplina creditam sibi domū gubernauit. p̄p̄is nō parcens laboribus: sepius supra vires fatigatus p̄ animabus lucrando. Ipse etiā interdum verbum dei p̄dicauit in ecclesia. acriter obiurgādo peccata: et virtutes cōmēdando vt dequit excellenter. **Bina** vice audiuit eum p̄dicare in die parasceues passionem dñi satis cōpuncte et plure. **Primum** themā eius fuit. p̄prio filio suo non peperit deus. **Secūdo** ex psalmo sumpsit. **Quid** retribuam dño. p̄ omnibus que retribuit mihi. **Libet** et deuotis audiebat: sed seculares quidam susurrabāt contra eum: q̄ vicia eorum vbi oportuit arguebat. **Sed** tñ propter hos nō terrebaf. q̄ amabat veritatem dicere: p̄ iusticia agonizare: religēs deo potius obedire et bonis p̄desse. q̄ p̄auis cōsentire. **Quādam** igit die in circūcissione dñi. valde eleganter et dulciter de noie iesu p̄dicauit. bñdictum et dulce nomen iesu sup omnia nomina in celo et in terra exaltando. **Tandē** ad arguendū quosdam seculares. et stolidos hoīes sermo eius descendit: eo q̄ p̄cholo: plures minus reuerēter imo sepe iocanter sanctū et inuolabile nomen iesu nomināt. et clamauit dicens. **Sunt** quidā qui audito dulci et bñdicto nōmine iesu ioculiter et despectiue loquunt. **Ap̄** ihesus deus beginarū. **O** miseri et insensati quid dicitis? **Quis** ē ergo deus vester? **Est** tunc dyabolus de⁹ vester: q̄ dicitis iesus deus beginarum. **Hoc** est magnū scandalū vobis. **Illis** aut hoc sanctū nomē magnus honor est et gaudiū singulare. q̄ frequē noiant iesum: summe venerāt iesum: et añ oīa et sup

omnia nomia sanctorū diligunt et adorant iesum dei filiū quē vos derident et despiciunt: q̄ fr̄es et begine iesum libenter nomināt et deuote laudāt: et in noie iesu inuicem se salutāt. **Ue** vobis qui dyabolū frequēti⁹ in ore habetis q̄ iesum: eo q̄ nimis humilis et despectus iesus vobis esse videt. **Hec** dicens letificabat amatores iesu et confundebat derisores eius. put digni erant. **Cumq̄** numer⁹ ancillarum dei cepisset augeri. dñs iohānes spem lactans in adiutorio altissimi: fecit ampliora edificia ad habitandū. vt plures animas saluaret: que de huius mūdi naufragio ad xpm cōfugerant. **Demum** extra ciuitates versus aquilonem monasteriū sanctimonialium nō sine grandi labore cōstruxit. in quo de domo magistri gerhardi sorores aliquas assumens: fecit illas sacris l̄tis imbui. et habitu regulariū sub perpetua clausura inuestiri. **Has** strenue cum his que in ciuitate manebant per viginū sex annos domino iuuante rexit vsq ad vite terminum: nonnullis tamen ad alia loca p̄ nouis domibus inchoandis ab ipso transmissis. **Nam** p̄mo sedeci tñ sorores in cōmuni viuentes reperit: sed domino multiplicante numerum in diebus suis. post obitum centū quinquaginta reliquit. **Sed** q̄ humiliter ac timorate inter tanta bona de seipso senserit: testantur verba que vni familiari socio aliquādo dixit. **Cum** enī pariter in via transiret et de futura vita loquerentur: hec ait. **Ecce** frater si angelus domini ad me nūc veiret et diceret. inclina te iohannes et permitte caput tuum amputari et eris in purgatorio: ego libenter hoc subirem vt de salute mea certus essem et sic in grātia mori possem. **Alia** vice in p̄dicatione sua hec dixit. **Q̄** magnus et altus est status sacerdotalis: cuius dignitatē vix aliquis mortalīs digne cōsequi valet. **Ego** si tā facile possem tunicam sacerdotalē deponere sicut induere: statim eam hic exuerem. **Aduertāt** hī qui de sacris ordinibus gloriāntur et intumescunt. nec quantis debitis obligantur attendunt: et discant de seipsis humiliter sentire. et in timore dei corda sua deprimere: quia tanto erit quisq̄ securior apud deum in futuro. quāto nunc humilior in semetipso. **Eccē** iste seruus dei multos labores fecit in vita sua. passus est contumelias et detractones ab emulis: sed per patientiam vicit omnes. **Et** dans deo gloriā. opus bonum quod incepit fideliter consummauit: et tanto deo

plus placuit. q̄to hūilius de se sensit. et p̄les
secū ad celibē vitā traxit. Igit postq̄ in vi/
nea dñi quā dextera dei plātauit diu sāt v̄b
tūq̄ laborasset. venit dies ad vesperam in
qua laboris sui p̄miū recipet: et ab omni ope
tpali cessare deberet. iuxta verbū dñi dicēis
Voca oparios. et red de illis mercedē suam.
Et ecce vi febriū correptus infirmas: et est/
mans se iam migraturū: denunciat p̄iori de
wyndesem egritudinis sue molestiā. et dierū
sudorū finē aduenisse. **Quo** veniente exponit
ei desiderij sui intentū. cōmendās eidē sicut
fidei cōmissario curā sc̄imonialiū: q̄ten? de
ydoneo rectore eis pvideret. ne feruor disci/
pline nouit introducere p negligētiā aut inso/
lentiā depiret. **Cū** q̄ festiuitas dñice ānūciari
onus illuxisset. sequenti die fidelis feruus xp̄i
ioh̄es ad celestē patriā anhelās septimo ka/
lendas aprilis animā deo reddidit cui totis
viribus in corpe positus studuit a iuēntute
sua famulari. Anno dñi millesimo q̄dringē/
tesimo decimono: residente in sede traiectē
venerabili dño frederico de blanckenbē no/
bili ep̄o oim deuotozū patrono pio et glorio/
so. Sepultus est autē in monasterio sc̄timo/
nialiū ordinis regulariū in dyepēuene añ sū/
mū altare in medio chori qd̄ ipse primus in/
cepit: et ad honorem b̄e virginis et sc̄e agne/
tis cōsecrari fecit.

Nuiriū. Gratanter capio qd̄ dicis
felix dauentria q̄ talibus sacerdoti/
bus extitit adornata. Sed iter ince/
ptum iam psequere: et q̄ necdū audiui noli
abscondere mihi.

Enior. Exigit feruida petitō tua: vt
adhuc quedam incognita tibi descri/
bā. Sed mens p̄p̄is grauata ma/
lis quid digne dicere valeat de virtutibus p̄se/
ctorū. Quia tñ pietatis causa id facere cepi
psequenna patiēter aduerte. Breuiter tran/
sibo ne tedium generet lectori sermo p̄lixus
Nec querās in verbis ornatū: sed edificatio/
nem morū in hūili cōuersatione deuotozū.

De dño Lubberto beneri. Cap. III.

Ater illa p̄mitua deuotozū lumina
ria refulsit dauētrie magne humilita/
tis et summe obediētie sacerdos qui
dam noīe lubbertus filius beneri iohannis
de swollis oriundus. Cuius feruidā in xp̄o
cōuersationē plures meū nouerunt fr̄es in
wyndesem. in monte sancte agnetis et in fon/
te beate marie ppe arnē. ex quibus multi ad
huc manent: quidā autē in dño dormierunt.

Quid autē dicam paup̄culus de tali egregio
viro: cui testimonij phibet tam religiosa m̄/
tutudo. Sed et ipsi seculares viri consules et
scabini. necnō sui t̄pis canonici et vicarij da/
uentrienses: dñm lubbertū cognouerūt ma/
gnarū virtutū fuisse virū: qd̄ ex multis humi/
libus actibus eius p̄bati pōt. de quibus exē/
pli gratia hic aliquos inseram: tanq̄ suaue/
olentes ramusculos de bona arbore natos.
Hic igit iuuenili etate pollēs et artis grāma/
tice rudimēta transcendēs cum coetaneis so/
cijs ciuibus suis. p̄fectus est ad studium pra/
gēse: ibiq̄ breui t̄pe baccalariū factus swol/
lus redijt ab amicis suis letissime receptus.
Hec diu postea deuoto: ū fratrū affabilitate
tractus celesti inspiratōe ad emendationem
emollit: inuinitq̄ parētibz amicis clamen/
lo recessit xp̄o seruire pponēs et studiū secu/
lare in sp̄iale exercitiū felicitis cōmutauit
Venitq̄ dauētriā ad ingm̄ florentiū vite
sc̄itate possime tunc florentē: a quo pater/
ne suscep̄. docet p̄fecte renūciare pompis
et curis seculi: et humilē vitā xp̄i imitare. **Qui**
toto mēte feruore iugo obediētie se subdidit
et disciplinā noue vite alacriter arripuit: se/
metipm̄ quotidie hostiā viuā dño offerens:
ad summā p̄fectionē p p̄p̄ie voluntatis fra/
ctionē cito ascēdit. **Sed** pater eius beme/
rus potēs scabinus swollensis indigne san/
tulit q̄ filius suus florentij discipulus est effe/
ctus: et ad tam humilē statum se cōuertisset.
Misit ergo nuncios plures qui eum a p̄po/
sito sancto reducerēt. estimās ipm̄ nimis et/
rare: qz parētes et seculi diuitias insipienter
reliquisset. Sed lubbertus anio cōstans sta/
bat intrepidus. eligens magis sequi cōsiliū
xp̄i: q̄ facere voluntatē patris sui terreni. qd̄
deus maior hoīe est. q̄ se sup oīa p̄cipit ama/
ri dicens. **Qui** amat patrē aut matrē plusq̄
me: nō est me dignus. **Interea** accidit vt
pater eius infirmaretur: et erat languor for/
tissimus: vt nec loqui quidem posset. **Hūc**
atum est ergo lubberto. quatenus ad patrē
cito veniret si eum viuētem videre cuperet
tur: vt p̄te qui in extrema necessitate consti/
tutus. cōsiliū salutis per ipsum deo p̄p̄i/
cio esset habiūrus. **Tunc** ille filialiter cōdo/
lens patri egrotanti. memor dñici p̄cepti:
sed immemor iniurie sibi prius illate. access/
sit festinus ad domū paternā. p̄pter anie sue
salutem. **Visitat** iam securus infirmū. quē/
dudum fugiebat p̄sequentes: ac blande eum
alloquitur. quem p̄tulerat aduersantē. **Uti**

bens aut pater filiū suū dilectū: exhilarat ni/
mis ad eius conspectū. **Et** qd̄ mirū est dictū
incipit loqui p̄ gaudio: qui antea obmutuit
oris puatus officio. **Mox** obsecrat ab eo ve/
niam: vt sibi clementer ignoscat q̄ ei in via
dei aliqui resistebat. **Ille** charitatis visceribz
affluens: libenter cuncta remittit. **Pacato** igit
tur patre cum filio. saniori iam pater vn̄ cō/
silio: et nolens filiū bonis fraudari paternis.
oīa sibi dari p̄cipit: quē hereditario iure ad
ipm̄ deuoluunt. **Hec** viuens ordinat quate/
nus deū post mortē p̄p̄iūz inueniat: et filij
sui p̄cibus fideliter adiuuet. **Post** paucos
dies p̄ obijt: et lubbertus memor b̄nficiorū
p̄ris deuotas p̄ eo p̄ces cum multis la crimis
fudit. **Recepitq̄** deinceps portationē suā non
ad cupiditatē p̄p̄iā: sed cuncta in manu dñi
florentij in pios vsus fratrū tradidit dispen/
sanda. **At** ille nō ad priuata cōmoda sibi cre/
dita renūciat: sed ad edificationē domus sue
et solutionē expensarū exposuit. **Hec** est do/
mus dñi florentij titulo noīs eius insignis q̄
sac̄ribus ciuitatis scabinis p̄ aggregatione
clericorū deuotozū fundata est: Anno dñi mil/
lesimo trecētesimo nonagesimo primo. **Eor**
dem anno lubbertus cum socio suo henrico
bwayne viro deuoto p̄sbyter est ordinatus
Qui ambo tāq̄ gemelli fr̄es lacte sc̄e deuo/
tionis in domo illa enutriti et magnis virtu/
tibus ornatī: sacerdotali honore digni cense/
bant. viri fin seculū genere clari: fm̄ deū de/
uotē p̄cipui. hūiles sobrij casti benigni ala/
ces feruidi amabiles tractabiles simplices
et obediētes. **Sed** iam de dño lubberto p̄e/
sbytero facto aliq̄ exēpla q̄ vidit a fratribz
sepe audiui dicere conabor. **Quadā** nan/
q̄ vice sedebat in camera sua scribēdo: misit
q̄ dñs florentius p̄ eo vt ad se veniret. **Sta**
tim vt hoc audiuit. pennā de manu sua po/
suit. et de sede surrexit. **Erat** aut in vltima ri/
galateris: et forte tria v̄l q̄tuor verba adhuc
scribēda restabāt. **Dicit** ergo ad euz frater q̄
missus fuit p̄ eo. **Scribas** vltimū illam ri/
gam: et tunc latus est finitū. adhuc tēpestiue
venietis. **Ad** hec sicut veris obediēs rudit.
Non plus: sed obedire. **Ecce** nouus marc?
cum eodē p̄miandus in celo. de quo in vitis
patrū legist: qz vocatos ab abbate inceptam
fram non cōpleuit. **Facto** ergo negotio lub/
bertus ad explendū opus suū redijt: replet?
fructu obediētie cum gaudio bone consciē/
tie. **Tunc** frater ille dño florentio ex ordine h̄
omnia recitauit. **Audiens** aut dñs florentius

tam p̄mptam lubberti obediētiā: respōdit
ita eundē cōmendando. **Lubberte** lubberte
q̄ bñ nosti lucrum tuum et aīe p̄fectū. **Tam**
diligens erat in scribendo. vt cum ei aliquis
loqueret: ipse nihilominus scribebat. et quod
vtile fuit respōdebat. **Alio** t̄pe iuuenis qui/
dem scholaris scripturus lram ad partes: de
cōsilio eius dictauit eam in camera sua me/
p̄sente. **Supuenit** dñs florentius et ait. **Quid**
facitis? **Respōdi** reuerēter. **Socius** me? scri/
bit lram ad parētes. **Tunc** dulcissimus pas/
sit. **Scribe.** vt scribaris in vitam eternā. **Et**
iuuenis ille postea factus est deuotus religi/
osus. **Et** ego nō sum oblitus verborum dñi
mei florentij q̄ locutus est in camera lubber/
ti: qz bonus homo de bono thesauro semper
p̄fert bona. **Ad** hoc est itudebat dñs floren/
tius vt edificationis verbū p̄ferret: ad h̄ co/
nabat lubbertus discipulus eius. ne verbū
ex ore inḡi negligeret. sed festinanter imple/
ret. **Quidā** deuotus licentiā petijt a dño
florentio visitandi amicos et cognatos. **Cō**
cessit ille ne cōtristaret importune petentem
Postea reuersus et multa pericula exptus in
via. accessit ad lubbertū xp̄i famulū dicens.
Mox q̄ dñs florentius tam facile mihi licē/
tiam dedit repatriandi: euz tot pericula ho/
mini occurrāt in mūdo. **Respōdit** ei lubber/
tus. **Si** dñs florentius cognouisset vos tam
fortem: et posuissetis totā voluntatē vestraz
in b̄nplacito eius. bene aliter dixisset vobis.
Sed ille cōdescendit desiderio v̄ro et inclina/
tioni ex pietate ne p̄ vos peiora attentaretis
Unde culpa est ex parte v̄sa: nō de cōsensu
ipsius. **Tunc** ille. **Bonum** est q̄ hoc scio. **Ali**
as melius p̄uidebo. vt faciam sicut dicis mi/
hi: vtens eius cōsilio qui me regere habet.
Statue igitur facit: qui contra superioris b̄n/
placitum p̄p̄iam inclinationem sequitur si/
cut iam p̄batum est in isto: et multorum expē/
rientia idem testat.

Nuicius. Libenter hec audio de v̄r/
tute sancte obediētie. **Utinam** p̄sen/
ti exemplo instructus de cetero caue/
am abundare in sensu p̄p̄io: sed semp me in/
clinem ad obediendum plato meo. **Sed** ad/
huc velim audire de hūilitate huius deuoti vi/
ri: qz nūq̄ hūilis fuisse: tā cito nō obediisset
Enior. **Dignū** est vt de h̄ aliq̄ tibi di/
cam. **Nam** in pia causa exaudire pe/
tentē: edificatōis est et nō p̄i meritū
apud d̄ipotētē. **Hūilis** fuit iste felix memō/
rie dñs lubbertus: hūilis corde, humilis h̄a

bitu. humilis actio. humilis sermone ut se-
quentia declarabunt. **S**olebat namq; alio-
rum virtutes alius commendare et seipm om-
nibus viliorē reputare: et cum paupibus et
simplicibus libentius q̃ cum diuitibus loq̃.
Unde quidā clericus ad eum veniens roga-
uit vt aliqua bona p̃ emendatione sibi dice-
ret. **Q**ui respōdit. Bone frater quid ego pi-
ger et inuulis hō tibi dicerem. **U**nde ad illū
fratrem. et ipse te melius informabit. **E**go sū
sicut vas vrinale fetidū. quod nunq̃ ad pu-
rum potest lauari: sed semp de se fetorē emit-
tit. **A**udiens hec frater ille multum edifica-
tus abscessit: et socijs suis dixit. **Q**ui humilis
homo ē dñs lubbertus. **Q**uo clericus inter
se de dño lubberto loquebant: quorum vn⁹
ait. **U**idetur mihi q̃ dñs lubbert⁹ nimis au-
sterum vultum p̃ndit: libenter sibi qñq; lo-
queret: sed nō audeo. **R**espōdit alius. **S**i
placet. dicam tibi: et forte emendabit se. **U**e-
nit ergo ad eum et dixit. **D**ile libenter dicerē
vobis modicum. **Q**ui respōdit. Bene pote-
stis. **D**ixit ergo. **A**liqui offendunt in vobis
q̃ tam mature inceditis. et austere eos inspi-
citis. **I**deo nō audent ad vos venire: et vo-
biscum loqui. **S**itis magis affabilis et dulci-
or: in verbis vris: vt libere accedant ad vos
Tūc respōdit humilis dñs lubbertus. **E**go
libentissime me emendabo per dei gratiam:
grates vobis q̃ me amonuitis. **E**x illa ho-
ra dñs lubbertus quasi in alterum virū mu-
tatus est. vultusq; eius hilarior apparuit er-
ga aduentantes: debita tñ honestate serua-
ta. **Q**uodaz tēpore congregatis fratribus:
dñs florentius interrogauit de quadā mate-
ria ex scripturis sanctis. **M**ultis ergo tacēti-
bus dñs lubbertus q̃ senior erat loqui cepit
Dñs florentius volens eum coram alijs hu-
miliare et pbare ait illi seriose. **L**ubberte esti-
matis q̃ talia nescimus. q̃uis nō sum⁹ bac-
calaurij et magistri. **M**ox ille hūiliter respō-
dit. **M**ea p̃sumptio. **H**abebat autē hanc cō-
suetudinē: qñ de aliqua re parua corripieba-
tur: vt se nō excusaret. sed magis se reum fa-
tebat dicens. **M**ea culpa aut mea negligē-
tia. aut mea inaduertentia: aut mea leuitas:
aut mea obtusitas aut pigritia vel aliud cō-
simile verbū quod humilitatē sonaret. et fra-
tres edificaret. **C**um legeret ad mensam qñ
q̃ scienter tñbatur vt a correctore mēse cor-
rigeret. et dissimulauit se interdū audire: vt
eum amplius emendaret. desiderās cōfun-
di et cōs reputari quasi non sciret melius le-

gere. **S**ed dñs gerhardus iutphanie. q̃ erat
corrector errorum in mensa ppendens quia
nō simpliciter de ignorantia errabat: sed ex
virtute humilitatis. cessauit eum iterū emē-
dare. **H**abebat autē vocem virilem et tubalē:
multumq; decēter legebat. **F**rater quidā
quesiuit a dño florentio dicens. **Q**uare me
non ita reprehenditis et exercitatis sicut do-
minū lubbertū et iohannem kessel cocum no-
strum? **N**onne esset etiā mihi bonum: vt me
aliquotiens exercitaretis et argueretis? **R**ū-
dit pius pater discretōis virtute plenus. **S**i
vos tam fortem ad omnia cognoscerem: be-
ne similiter vos pbarem. **S**ed isti tales sūt.
vt ex increpationibus magis pficiāt: nec in
de murmurant: sed humiliores et seruētiore
ex hoc fiunt. **G**audent enim se despici: et p̃e
alijs reprehendi. **S**olebat autē dilectus pa-
ter istos frequēter coram fratribus in presen-
tia eorum arguere: quia licet eos duriter cor-
riperet. ppter exemplum ceteris p̃standum.
intime tamen eos diligebat: sicut specialiter
in obitu eorum. p̃fusus lachrimis ostendebat
Unic deniq; dño lubberto sicut viro vir-
tuoso et prudenti veraciter sapiebant virtutes:
et maxime horrore erant passionēs et con-
cupiscentie carnales. **N**am quod contrariū
sibi erat. illud vincere conabatur: et alias con-
similiter ad certandū cōtra vicia fortiter in-
citabat. **Q**uadam igitur vice euz aliquibus
fratribus deuote et seruēter de passionibus
vincendis loquebat. et vsq; ad mediam fere
noctē collatia mutua extendebant: atq; in
dei amore et emendatione vite corda eorum
ita sunt accensa q̃ seipos obliuiscuntur
non sentientes somni vaporem. sed omnem
expellentes torporem in nouam quondā de-
uotionem ex ignito colloquio verbi dei cui
gilabant experimentaliter pbantes insēmet
ipsis illum versiculum psalmiste esse cōple-
tum. **I**gnitum eloquium tuum vehemēter:
et seruus tu⁹ dilexit illud. **E**x hac sancta col-
latione valde feruebat ipse et qui cum eo ad
spūalem profectum erant inuitati vt postea
ad cōmilitones fratres suos lubbertus iocū
do ore diceret et affectuose repeteret qñ qñ
volumus nos iterum ignire.

Nuicius. **D**um ista narzas in ammi-
rationem me ducis. **Q**uā vīnam sem-
per talia audirem: que me salubriter
cōpungerēt et accēderēt: et nullū vaniloquiū
interueniret q̃ cōsciam meā macularet. **S**ed
ad vitādū scurrilia verba: p̃fer vltim⁹ hui⁹

hūilis sacerdotis exēpla. **F**ateor em̃ me ex
deuotā collatōe istarū modicū leticiā recipe-
re. **S**aluator n̄r iesus x̄ps dicit. **Q**ui ex deo est: verba dei audit. **E**t
q̃ tu libenter de seruis dei bona au-
dis et legis: spero q̃ hoc sit de gratia diuina.
quā cū magna solitudine custodire debes
et ad humilitates te semp inclinare. q̃ in dño
lubberto artius erat radicata. **Q**uod ā igit̃
tpe stabat circa coquinā molendo synapiū:
et supuenerūt quidā amici eius swollēses. vi-
sitare eū cupiētes. **I**ntuēs autē eos ammoni-
tus est eos alloqui. ne forte offenderēt eius
allocutione optabili defraudati: q̃ erat viri
honesti et cōfules noiati. **T**unc humilis lub-
bertus sicut erat lintheo p̃cinctus accessit ad
eos et salutauit familiariter amicos: non eru-
bescēs seruii habitu corā amicis apparere: s̃
deo gestiens magis humili in officio placere
Post breue colloquiū valedictis amicis re-
dijt ad opus iniunctum: amici vō recedētes
de humilitate eius plurimum sunt edificati.
Cum esset aliqñ swollis. quidā amicorū
eius ibāt cum eo bñ vestiti: ille autē sicut sim-
plex frater ibat longa toga innocenter indu-
tus. **H**oc quidā vidētes dicebāt de eo ammi-
rando. **E**cce quōd transijt agnos inter lupos
Et erat apta cōpario: q̃ ingens distātia vtri-
usq; vite. **S**emel i estate d̃bat sibi capuciū
simplex griseū pallidū et antiquū. **F**rater autē
amilius multū sibi familiaris et dilectus vo-
lens eū pbare dicit ei. **L**ubberte quale capu-
tiū habetis modo? **S**atis male stat vobis.
Nam sic pender in collo v̄ro q̃si essetis cum
pulmone p̃cussus. **T**unc ille letus respōdit.
Frater mi quid dicit? **E**cce et palpa q̃ bon⁹
pannus est iste: et desine vitupare q̃d nō sum
dignus portare. **A**udiens hec amilius edi-
ficatus est in verbis eius. **R**ursū q̃ amilius
hec mihi de eo recitauit dices. **I**ste dñs lub-
bertus ita hūilis est et mortificatus in pp̃ia
voluntate: vt etiā paruo puero se subderet:
et minimo fratri in domo ita libēter obediret
sicut dño florentio. si eū dñs florentius pone-
ret ad regendā hanc domū. **E**rat quippe vi-
lis et abiectus in oculis suis. et ideo meliora
sensit de alijs: et p̃cipue de eis qui seruiebant
fratribus in coquina. **E**t dicebat. **I**ste ioh̄es
kessel et socius eius multū p̃cedūt nos in vir-
tutibus: ipsi adhuc efficiēt supiores nostri
Nā p̃fusione nobis faciūt. ppter teporē nō-
strū: et ipsi operant̃ cum magno seruiore. **U**i-
dent̃ esse serui n̄rī sed reuera dñi sunt et m̄grī

in via dei. **H**ec autē ex cordis humilitate p̃fe-
rebat: quibus seipsum et alios optime infor-
mabat. **S**ciebat etiā cōpetenter bñ scribe-
re. et libenter scripsit: vitans ocium et diligen-
ter operi manū instans. talios inducēs ad
scribendū. **R**ogāte autē quod ā iuuenē vt exē-
plar ei scriberet: benigne annuit fecit **E**t ait
Bene addices scribere: lōgos em̃ et molles
digitos habes. **E**t deo cōopante verū pphe-
tauit. **S**cripsit autē in rotunda scriptura hec
verba p̃ exemplari et bono memoriali. **T**ol-
lite iugū meū sup vos: et discite a me q̃ mitis
sum et humilis corde. **I**ugum em̃ meū suauē
est et onus meū leue. **I**sta verba intime sapie-
bant sibi. et ideo om̄is philosopho et dicit̃
ad humilitatē x̄pi hortabatur: q̃ ducit. ad verā
sapiam et etnā beatitudinē p̃merendā. **I**git̃
postq̃ humilis et deuotus sacerdos dñs lub-
bertus de silua cognouatus. multis virtuti-
bus clarius ex hoc seculo eēt migraturus: in-
stanter petijt a fratribus vt eius recordarēt̃
post mortē in orōnibus suis. p̃cipue tñ tpe
scripture in cellis legēdo in priuato qñq; ora-
tionē p̃defunctis. **C**um ergo plaga mortis
litanis dauētie et in circūiacētibz locis gra-
uiter regnaret: p̃erosq; etiā deuotos de hac
vita subtraxit. **S**eterne luci vt pie credendū
est in signis cōiūxit. cōtigit etiā dñm lubber-
tum eadez peste p̃phendi. **E**t ecce in mense
iulio tribus diebus ante festum beate marie
magdalene cepit egrotare. et lecto decubere:
dices se nō diu hic p̃mansurū. **L**aboratū est
ecōtra multis p̃cibus et quesitū remedium a
deo et ab intelligentibus cyrurgicis: q̃ vita
eius erat optabilis cunctis. **S**ed illius p̃ua-
luere desiderio p̃ces ad audientia supnoꝝ
ciuiū puolātes. **D**icit ergo ei vnus de fratri-
bus. **A**dhuc nō sepabimur tam cito: s̃ in cā-
mera dñi florentij tenebimus collatōnes no-
stras. **T**unc ille. nō hic amplius: sed in super-
nis cum sanctis. **L**upiebat em̃ dissolui et esse
cum x̄po. **I**gitur in die beate marie magda-
lene fecit coram se cantari sequentiaz **L**aus
tibi x̄pe. **Q**ua cantata ait. **D**euota et fer-
uida verba sūt ista. **E**t repēnit intra se hūc
versum ruminando. **Q**uid nā haberet egra-
si nō accepisset: si nō medicus adesset. **A**dul-
ti deuoti qui aderant hec audientes lachry-
mati sūt. **I**lle vō letus in dño consolabatur
merentes. **F**rater amilius qui ei solcite mi-
nistravit. mltā edificabilia ex ore ei⁹ audiēs
diligenter oīa p̃seruabat. q̃ post obitū suū p̃
eplam fratribz absentibz p̃ ordinē scribēs dīg

fide exposuit: quā etiā p memoriali hic inferre placet. in qua plenius felix obitus eius et finis vite cognosceret. **L**uz igit octo ferme diebus egrotasset. nec recoualuisse: tandem multis doloribus fatigatus ad extrema peruenit. et diuina cōsolatōe repletus: i crastino scilicet iacobi apli corā fratribus qui exiit eius deuotio p̄cibus meban: let ac feliciter obdormiuit in dño. Anno dñice incarnationis **AD**. ccc. nonagesimo octauo septimo kalendas augusti. tēpe bonifacij papa noni. **L**ui corpus in cimiterio sancti leuani circa iohā nem kessel deuotū xpi famulū collegā suum in australi parte ecclesie reuerenter est sepultum: vbi et q̄plures alij fratres p̄ successum t̄pis consepulta requiescūt in pace.

Scriptum p̄ dilecti dñi anulij de felici obitu dñi **Luberti**.

Cap. V.

res pituras: nō sicut oportet nec ad quē finē
debet. **S**ed ne cum his pereā. reuertar citius
cōsiderādo in eis laudes tuas: et ad te meas
dirigendo affectiones. **T**u dñe deus meus q[uo]d
oia fecisti ex nihilo: da ex o[mn]ibus p[ro]fallere noi
sancto tuo. **T**ua est eni[tur] potentia. tua est sapi-
entia. tua bonitas ac pietas: etna quoq[ue] glo-
ria et maiestas. **R**egnū tuū regnū o[mn]iū seculō-
rum: et dñatio tua in o[mn]i generatiōe et gene-
ratione. **T**u oia disponis: que sursum sunt et
que in terris. **O**mnia cognoscis. oia in manu
tua habes: nihil tibi resistit. nihil te cōturbat
sed cum trāquillitate oia iudicās: et rebelles
etiā tibi subicis et seruire facis. **S**cis o[mn]ia q[uo]d
gerunt in vniuerso: et aliq[ui] fiant sine p[er]lusi-
certo. **T**u es deus celi et terre: visibilis et inui-
sibilis creator et gubernator: o[mn]iūq[ue] temporū
dispositor. **C**ōserua quēso p[ro] orbem famulos
tuos. longe lateq[ue] disp[er]sos: tu o[mn]iū finis spe-
cialit[er] deputatos. **F**ac eos laudes tuas enar-
rare. et voce cōsona vbiq[ue] gloriā tuā predica-
re. **E**xcita corda eor[um] valēter in amo[re] tuo: et
dona eis o[mn]ia opera sua scō fine cōsummare.

O q[uo]d pius q[uo]d dulcis es diligentibus te: q[uo]d

bene places gustantibus te. Qui expti sunt suauitate tua: nozunt inde melius cogitare et loqui. **E**icit eni tua dulcedo oem dulcedine et dulcorat oem amaritudinem. **D**ne deus meus de te viri facti locuti sunt: et pphete non tacuerunt. Quotquot fuerunt sancti ab initio mundi in te crediderunt: tibi seruiuerunt. in hostijs et muneribus te coluerunt: nomē scilicet tuū laudauerunt: et benedixerunt: quia te creatorē suū et oim rerū conditorē cognouerunt: et in te sup oia sperauerunt. Cognouerunt te in visionibus suis: tu siquidē reuelasti eis nomē tuū: alium preter te nescierunt. Custodierunt legē mādatōrū tuorū: quā eis dedisti. Non sunt secuti falsorū deorū signēta stultissima: sed adorauerunt te uiuētē in secula seculorū qui creasti oia. **U**auauerunt vocē suā in p̄fessione laudis tue: quia tu de excessis clamorū magnū auribus eorū infudisti dicens. Ego sum ego sum aī me nō est formatus deus: et post me non erit. **F**eci quā futura sunt: et p̄terita non perierunt a memoria mea. **H**ec audientes et intelligentes eleuauerunt etiā in longiquo fidei oculos: credentes quia saluos nos faciet dñs: et qui venturus est ueniet: et non menties. **H**ec p̄ficiētes cōsolati sunt nō minime: et vehemēter ammirantes p̄ntiā future maiestatis. p̄ stupore defecerunt. **R**espirātes paulisp: et p̄ gaudio aspiciētes dei potētiā uenientē dixerunt. Ipse est. ipse est: dñs deus noster est. et alius non est. Ipse cepit: et saluabit nos. Non pōt negare seipsum quoniam uerus ē. **S**icut audiuius ita uidim: sicut credimus sic et loquimur: et testamur ueritati. **S**emel locutus est deus: dixit et facta sunt. **D**ixit et filium meū stabit: uestrum filij hominū peribit. **E**le qui cogitatis inutile: et post uerba dei ridetis. **E**le qui fingitis de corde uro sapientiā: et in potentia uestra erigimur. **A**udite uerbū dñi qui queritis dñm: scitote quia iudiciū eius cū habitationib⁹ terre. Non est bonum si aueri fueritis: state et cōsiderate uias eius. **R**euertimini et uenite: libenter suscipiet uos: quia misericors et clemēs est dñs. **N**ec sicut homo iram seruat: sed oia p̄ctā donat: insup et gratiā priorē cum posterioze restituet. **L**atū toto corde cōuertimini: et donate uos illi ad seruandū mente fideli. **H**ec vox scilicet in auribus meis. **Q**uasi melos in cōuiuio. et quasi thus redolens de thuribulo: sic est uerbū dei in corde puro. **S**ancti autē tui dñe repleti spiritu tuo. memoria habūdātie suauitatis tue eructauerunt. **E**t eloquia sua nobis eructāda reliquerunt. **D**eus autē sermo sepe claudis

inter angustias: ascendenti iter non habet. **S**ed si ignis defursum uenerit: ignitū eloquiū meū erit. **E**t si incanduerit: mor cōsumet me. **N**on subsistam a facie eius: quia sicut a vento palea. sic tollet de corde mēsticia: et sicut rubigo ab igne. consumens peccata mea. **I**gnis diuinus oia cōburens: mūdabit arē cordis. **D**escende et accende: modicū tange me: et euolabo. **P**reterita non erunt: et futura non cōputabunt: quia oia mala obliuioi tradentur. **U**cetera transiunt in abundantia noua uenient et affluent desideria sancta: atq; ex oī latere consurgēt uicunq; flauerit spiritus almus. **T**imor non erit. sed amor totū implebit: cessabit quassatio: nā dextre dei est hec muratio. **I**deo quod loquor: non mea sed eius est laudatio. **C**ōsolatio lugētū est. panis dāpetētū: haustu suscepit sitiens. **M**anus egro data est: vacillāti baculus uenit. **D**eficiēs uires resumpsit: requiē lassus inuenit. **D**esperanti noua lux ori uisa est: clamātū uenit responsorum. **C**aligantū infulsit dulce lūmē: uia patuit ignorātū: et porta ilico est reuerata pulchra. **D**ubitantū affuit ueritas: titubantū succurrit autoritas: affectantū querenti obuiant. **M**at charitas. **L**upiētū dilecto eloquiū letior ipse occurrit. ecce assum inquit: dic quid noui nunc accidit. **A**n tibi excidit. pro me patiet agere debere? **U**olentē cum eo pergere: nec hoc prohibuit. **S**tatimq; ascendit: et oblitus sum quicquid molestie habui. **D**esiderantē cū ipso habitare innox p̄tristari noluit: sed lenib⁹ uerbis edocuit: quia modo id fieri non cōuenit. **D**esideriū tuū bonū est. et placet oratio quā p̄sentasti mihi: sed oportet adhuc differri. **E**ade et reuertere in domū tuam: et annūcia tua. quāta fecit tibi dñs. **E**t dic eis. **P**reparate singuli corda uia: et deponite graue on⁹ peccati: et sitis cauti et fortes aduersus insidias diaboli. **V**igilate et orate: ut non intretis in tentationem. **T**empus prope est ut ueniat: uidete ut patos uos iueniā. **E**cce p̄dixi uob. **D**e amico et summo bono q̄redo. **C**a. XII. **O** nobilis es anima: quā mira uirtus in te latet: quā quiescere non uales nisi summo adepto bono. et ultimato inuento fine. **Q**uo cognito et inuēto: cessat motus tuus. **O** bonū super omne bonū: o finis sine fine: quando fruatur te sine modo et sine fine. **N**ul ta hic inuenio bona. sed que alterant: non quā satiāt. **P**orro unum est necessariū. **H**oc unū quero: hoc unū desidero. **P**ropter unū oia:

et ex uno oia. **H**oc si habuero cōtētus ero: et nūc potius fuero semp fluctuo: quia multa me implere nō possunt. **Q**uid hoc unū? **R**espondeo dicere: desiderare me sentio. quā nihil melius nec maius est: sed nec cogitari pōt. **N**on enī hoc unū inter oia: sed unū sup omnia est. **H**uic dico huic clamō: dñe aīe mea salus tua ego sum. **Q**uid yltra cōcupiscis anima mea. desiderio plena? **N**ōne melius est ut uni adhereas quā multis? **E**x uno multa: non unū ex multis. **L**essa multa querere: unū te iunge: unū adherere. in uno totū consistit. **Q**uerat aliū multa et varia ad extra: tu quere unū internū bonū: et sufficit tibi. **E**cce alius villam querit alius in negotiationē suam vadit. **A**lius argentū et aurū multū congregat: alius uoluptates ambit et honores. **A**lius amicos et cognatos requirit. **N**os et affines libenter uisitat: alius uerbes et castella intrat: et varias multas partes desiderio oculorū ductus lustrat. **A**lius sapiētiā alius potētiā alius magisterium: alius regale aut principale petit obsequiū. **E**t in hunc modū alius hoc alius illud: siue in seculari siue in spiritali statu requirit. **P**auci unū: et p̄pter unum pure et simpliciter querunt. **I**deoq; nec stabilem pacem inueniunt nec internā gratiā sapiunt. **Q**uicunq; enim sunt christi. non tēporalia. nō terrena querūt tanq; tunc magni et gloriofi essent: si his oib⁹ abundarent. **N**on ergo ad te p̄tinet que isti querunt o anima deuota? **P**rofecto nihil. **D**elector: hec oia: quia unū est bonū meū. unum diligo unū requiro. et ipsum melius mihi est: quā oia bona infra uel supra. **S**i tūc bonū inuenisti: porto te et suadeo tibi: custodi et tene p̄ quo oia cōtēpisti. **N**am illud habendo ceteris carere non erit onerosum: imo p̄ ipso lucrando. oia dare et pati debere. iudicabis res quāline dignū. **Q**uere ergo nunc anima mea tam singulare et supeminēs bonū. **Q**uid in carne uiuis. querere necesse ē: quia nec satis inueniri pōt. quod ad plenum comprehendī non potest. **E**rit autē finis querēdi: cum uenerit hora fruendi. **T**ūc enī erit oia in oibus: ipse solus unus sufficiens oibus et singulis. **E**t si tibi adhuc queris ubi semp inuenis: non tamen sicut hic cum labore: sed summo cum gaudio et amore. **Q**ual aut sit p̄s in hac uita multis doceat nobis: nec ignorat ab exptis. **A**duerte tūc aliq̄ntulū expientia magistra iuuante: que sint diuine pietatis noia. **P**auca tibi appono: sed plura atq; sacratiora eius doceat gratia. **E**cce sponsus est amātibus: et quā adhuc in timore ei seruauit. memēdus dñs. **P**ater est bonis filiis: malis uolens ar district⁹ iudex. **I**nfirmis est medicus: et sanis solid⁹ cibis. **D**octor est ignorātib⁹: et obtemperātib⁹ sibi salus eterna. **U**ia est incipientibus: ueritas p̄ficiētib⁹: et uita p̄fectis. **S**pes ē penitentibus: et iustus cōsolator optim⁹. **G**loria est humiliū: et pena superborū. **L**ux est in te nebris et lucerna in noctibus: dat medelam egrijs mentibus: et uinū leticiē multū tristib⁹. **S**tat cum pugnantibus. ambulat cum p̄ficiētib⁹: currit cum feruētib⁹: uolat cum cōtēplantib⁹. **A**dest orantib⁹. loquitur cū legētib⁹: quiescit cum meditantib⁹. **I**n oib⁹ his operatur unus atq; idē deus: apparet singulis. put uult: et non est reprehensio in sermone ei⁹. neq; inuestigatio operū eius. **M**agna sunt enim et inscrutabilia iudicia eius: et nemo dicere p̄t. cur ita facis: et quare hūc magis quā illum eligis? **S**tulta est hominis interrogatio aduersus oīpotentē: et ois adinuentio filiorū adā. uanitas et nihilū. **Q**uomodo placent tibi hec. et quāter sapit tibi deus? **B**e ne sapit mihi: et opa ei⁹ non possunt mihi displicere. **I**ustus est. et quis pōt eum arguere de iniusticia? **Q**ui enī hoc fecerit. cōtrariū se illi cōstituit: et arguet ab irrephensibili lumine eius. **S**ed hec que audisti quid sunt in cōspectu ei⁹? **E**lix scintilla modica est: ab eo quod intrinsecus latet. **Q**ueris quid istud? **D**ico. nescio quid est: sed est totū supra me: et quasi inaccessibilis quedā caligo: cuius principiū sic et finis ignorat. **S**it pinde potior meditatio tua. et affectus frequētor circa humilia uestigia. iesu: et noli ab alta cito cōscendere ne op̄ primaris a gloria. **E**lex quia amor intensus interdum obliuiscit reuerētiē et timoris: tollerandum est. si aliq̄ de dilecto suo amans intēse inflamat: ut querat non solum qualiter paruulus natus in p̄sepio vagiat. aut in patibulo crucifixus p̄deat: sed qualiter gloriosus in celo regnat: et cuncta sub celo mirabiliter disponit. **L**ibenter sequor te amande. iesu. in terris: sed multo libentius sequer ad celos. **U**bi est thesaurus meus: ubi erit et cor meum. **T**hesaurus meus tu es charior omni creatura: qui es ad dexteram patris. **P**ro me incarnatus: pro me eleuatus. **E**xemplū te reliqui sit in terris: premiū te seruus in celis. **A**d te igitur oculi mei: et te omnes gressus mei ibunt. **T**ibi dicit cor meum: et querit te facies mea: facie tuam domine iugiter requirā. **E**tsi que

quo domine viso glorie tue? Quare faciem tuam abscondis: et arbitraris me inimicū tuum? Sed vtiq; quia tam diu fertur hinc inde animus: trahit et retrahit in diuersa affectus meus: donec tibi tāq; suo amabili iungat in celis. Quis etenim amoris quiescere nescit: si de suo amato incessanter querit: nūcios emittit. preces geminat: sed nec sic dimittit: quia amor omnino possidere vult quod percipiat. Trahe ergo me: vt currere incipiam feruēter post te. Opus mihi est tractus et magno tractu. Nisi enim traxeris nemo venit. nemo sequitur: quia ad se quisq; curuat. Si trahis ecce venio: ecce festino: curro ferueo. Sin autē: nec curro nec quero: vix est q; sequi desidero. Sed si manum dederis: tāto celerius curro: quāto fortius traxeris. Vox dilecti mei trahentis. Et ego cum exaltatus fuero a terra: oīa traham ad me ipsū. Iesu bone trahē me post te: et non solum ego sed oīs curremus in odore vngentorū tuorū. Prīmū itaq; trahē me post te: deinde sequant alij viso exemplo bone vite. At ne sup̄bire possemus bonū est nobis hoc simul sentire: quia non in viribus nostris: sed in odore vngentorū tuorum currere cepimus. Hic est tractus diuinus: sine q; proficit nullus: sed nec incipit aliquis. sicut itidem dixisti. Nemo venit ad me: nisi pater meus traxerit eum. Quē ergo trahit pater: vtiq; sequit te et deserit se. Bene tractus videbas: qui dicebat. Magister. sequar te quo cumq; ieris. Sed non est omniū sic ad te affixi: nec parue est anime tam parate ad omnia te sequi. Quid tibi obest ania mea: q; ppter iesum nō deseris omnia? Quare tam inuite separaris a vanis et perituris. Quid iuuat hec visa? Ecce cū p res mortales et visibiles creaturas p̄gis volens in eis cōtentari: p̄dis meliora. A summo bono te diuidis cum hoc agis: et a vera ac beata eterna q; vita te aueris. Idcirco misera et infelix manebis: plena doloribus et anxietatibus. Quocumq; enim te vertere disponis. dolores semp inuenies. et tedia multa. nisi fueris iterū ad creatorem cōuersa: quia ipse est pax tua et requies secura. Verū si in terrenis morā minime feceris. nec pedem in limo fixeris: sed potius considera ueris et venerata fueris in speculo creaturarū non imaginē que transit sed eū cuius est hec imago et superscriptio: beata eris et non morieris. Cum enim cuncta visibilia nō ad fructum queris. sed ad benedicendū creatoris tui nomen aspicias. fabricandū tibi ex summis

et ymis operibus eius scalā quādam cui innitaris ad sursum p̄gendū: liberaberis vtiq; a seculi visco pessimo: et tuo desiderato finis intime copulaberis: qui est super oīa deus benedictus in secula. Amen.

De vnione anime cum deo et defubtractio ne gratie.

Capitulum XIII.

Obest anima mea post te. De me consolator verus. tu scis quia non te det me tui: sed quotidie libet tibi in secreto meo loqui. Sed vbi te queram. si forte ad horas perdidero? Quis me pducet ad te? Tu sup omnia deus: et ego inter ista inferiora homo pauculus. Tu in celo: et ego in mundo. Tu solus altissimus: ego vero pauper et mendicus. Quis mensus est distantia celi et terre? hec valde distant: sed tu longius a me. Quis ergo me tibi adiunabit? Aut tu facies: aut nullus poterit. Ueruntū si vis: fiet vtiq; celeriter. Tu autē nosti. quia cadere mihi. p̄liuius ex me est: abs te vero stare donatur et p̄ficere. Ideoq; pendet anima mea ex dignatione spūs tui: et infusione gratie salutaris. Iubente te eleuabit de terra: auerente autē te faciem tuam ad se perturbabit. Propter charitatē tū tuāz māsuetudinē assumes me: et deducet me mirabiliter ad te dextera tua. Quisq; terrigine et filij hominū audire: quia possibile est ac facilius apud deum. vt fiat quod scriptū est: simul in vnum diues et pauper. Pauper ego sum et omnibus indigens: si diues iste deus me est. nullius egens. Huius rei et si non magnā exp̄ientia habeo tū fidele testimonium vnde id p̄bem: quia possit aia deo vnire per gratia. Dilectus meus inquit mihi. et ego illi: qui pascitur inter lilia. Hoc est testimonium amici et amice: sponsi et sponse. Lōuētiens satis validum sacre legis testimonium. Secundū autē simile est huic. Volo pater vt oīs vnum sint: sicut et nos vni sumus. Ecce duorū librorū preclara testimonia: quibus liquide patet deo posse animā familiariter cōiungi: sū gratiam celitus sibi datā. Et si res est rara. tū valde est cara: nec amanti ignota. Quāuis quoq; sit difficilis: nō est tū penitus impossibilis. Quā ergo deus sibi sic p̄iunxit: nemo separare aut cōturbare audeat. Si stupēs dignationē vnionis huius: obstupefecit ammirare excellentiam bonitatis eius: nec non et assūpte humanitatis vnionē singularē. Licet ei agere quod vult: qui facit mirabilia magna solus. Si meritis queris: inuenies beneplacitū sue voluntatis. Dul

cis societas: cum christo et sub alis christi. Sol gratiofa coniunctio: plena dilectione et suauitate spūssanca: que melius sentis q; dicis. hec pertinent ad animā que oībus mundanis se fecit alienā: quam non tenet amor vite presentis: sed sursum vexit secretū mentis. Quanto istud notius est amanti: tanto obscurius est tibi. Vellem tamen libenter interesset quando anime deuote solet bene esse. Est autē illi bene: dum fuerit cum spōso in meridie. Est tibi male et multū egre si contigerit Iesum abesse: si desinant fluere aromata grane. si minus sapiāt littere sancte. si tēdet orationi aut meditationi insistere: si se desinant cordis nebule. et tantū preualent cogitationes noīe. vt cohiberi vix valeant: sed pene similes omnia bona priora obuiere nitant. O domine deus: quid sic facies? Quis est iste ludus? O pie iesu quid in hoc facto pretēdis? Si tibi non displiceret: optare latius inter te et dilectā tibi habere colloquiū. Ex eo q; ipsa votis oībus tuā gratiosam querit p̄sentia. quā castis foueat delitijs: miroz cur ipsam patens interdum federe sic desolatā. Quasi ipsa non esses que te expetisserat: ita pertrāsitarēce dis. Ipsa autē gemens et sola. Eius enī vox ista videt. Ania mea desiderauit te in nocte. Rex ei est: cum tu vera lux non ades. Precatur ergo tuā p̄sentia: ne te tenebre peccatorum eam cōprehendant. Sentit vtiq; incommoda multa: subtracta sibi visitationis tue gratia. Nisi enī aliquid passa esset: non tam desideranter post te clamasset. Clamauit et altera: cuius verba iam sup̄ra. Adhesit ania mea post te. Sed nullam estimō huic tā molestam fore vel videri molestiam: quam tuā abesse p̄sentia. Et non mirum si ex hac etiā carencia incidat ania amorosa. in quendam cordis sui languorē. Tu enī difficulter quicq; inueniris: et cum fueris tandē inuentus illa gaudet ad reditū tuum. sperans letum diem agere tecum: sed minus tanta de recessu tuo. nihil triste suspicatur. Tu autē aliud tacide tractans: sepe fugam exhibes. Recedis q̄pe repente de manibus eius: illa non presumens te. Laudo te in hoc quomodo laudabo? Si quid laudis habes et dulcoris: cur in hoc facto videris illud amittere? Nisi tu esses. forte scandalizari illi grauaret. Sed non pot in te scandalizari: a quo se nouit tam valentē amari. Si ergo quid iuste rationis tali docu mento figuras: indica mihi obsecro deus. Vellem enim libenter intelligere: nec inutile

iudicio. vel parum inde scire. Oculta nāq; iudicia tua nemo per se intuet: sed lux tuā que obscura queq; illustrat. et notia fugat. Quare igitur est q; te subtrahis interdū tā occulte ab anima ipsa ignorante? Diligis eā an non? Si diligis: cur fugis dilecte mi? Si nō diligis: cur pridem visitasti? Etiam si nō diligis: cur denuo reuerteris. et ostiū pulsas et intras? Nunquid leuitate vteris cundo et redeundo? Absit. Sed non est illi leue tā frequens alteratio: quinimo nascit nō modica turbatio. Adhuc minor fortis querela esset: si palam illi diceris. Vado et venio iterū: et gaudebit cor tuū: et gaudium tuum nemo tollet a te. Hunc autē puerbium nullum dices: si illius verbi recordas cuius veritatē experis: quia iesus abscondit se et exiuit de templo. Habeo ergo aduersus te pauca: sed ex bona radice orta est mea cōquestio. Cupio humiliter erndiri: non ipacienter litigare. Dabis p inde interroganti responsū: cū fuerit oportunum. Loquatur etiam ad maiorem intelligentiam: aliquid pro se anima deuota. Responde et tu libere partē tuam. Dilectus enī patienter te audiet. et occurret verbis pacificis: ne detrimentū ex eo patiaris. Quis enī te cōsolabit: si nō ipse fuerit cōsolator? Et tuā infirmitatē quis clementius feret: nisi qui cū cta sine onere portat? Cui etiā tutius reuela bis si quid triste habueris: nisi omnia plene stitenti? Aut cui magis fidem dabis: nisi nō fallenti veritati? Jam hec si quis externorum audierit. et qui non est de amicis sponsi: pre foribus arceatur. Sin vero sponsum diligis: si fidelis fuerit. si deuotus et internus: illi liber concedatur ingressus. Si custos conscientie si amator virtutis fuerit et discipline: si affectu purus et intellectu clarus. si in se humilis et ad suos pius: si bona audita non male cape non vane afferre. nō temere arguere. nō animum se defendere. nō superbe predicare nouit: sed econtra non intellecta venerari. obscura et mystica sane interpretari didicit: talis intro ducatur: et huic interst gratis colloquio. Affectus enim cordis ex verborū sonitu magis pensare debet: q; vocum qualitates. Indica ergo mihi ania: qualiter te sustines absente dilecti gratia. Ego me sentio minus leniter posse sufferre si se in lōgum voluerit differre: et puto aliquid simile de te. Si vis sedeam hic pariter: et conferamus super hoc verbo pro aliqua consolatione nostra.

De tristitia anime absente dilecti gratia.
Capitulum. XIII.

Dormitauit anima mea p̄ tectio. Quis est iste sermo quem loqueris? Quare dicis syon reliquit me dominus? Noli timere filia syon. anima amans et speculans: ecce rex tuus dilectus dilecti veniet tibi. Surge sta in excelso: et vide iocunditatem q̄ veniet tibi a deo tuo. Quiesui inquit et non inueni: vocavi et non respondit mihi: propterea dormitauit anima mea p̄ tectio. Et ego hec vox turturis: amisso cōpare. Nō est hoc: sic ut heri et p̄die: quando cantabas cantica leticie. Precessit mane, venit vesp̄e: sponsus autē cubat in meridie: nec datur accedere. Verba tua tristitiam sonant: et oculi tui lacrimis rigantur. Anima in dolore est: et cōsolari opus habes. Sed dic vnde est? Non est mihi super auro et argēto aut quolibet re mundi: nō de lucro aut damno. non de iniuria aut penuria: que mūdo iam mortua sū et crucifixa. Si bene te noui: diu oibus mundanis abrenuisti. Sed an etiam te in omnibus perfecte abnegasti: et vsq; ad contēptū tui veneris inquiri. Hoc paucissimorum est: et exigitur specialiter a te. Vnde est ergo dolor tuus? Quid amisisti? Si de dilecto ē: scio quia non in merito tristitia impleuit cor tuū: nec est quidq; tibi iocundum. donec reuertatur: et reddat tibi aspectum suum. Sed quomodo interim te sustines. o delicata et innixa super dilectum? Et mihi cōstat: quia semper pro vobis non adest. Ergo dū abest quid solari habes: et in quo te quietas? Parra mihi secreta tua: etiā si sint dolore plena. Te xpm̄ absentem dolore nemo dubitet: nisi qui non amat. Habes modo tristitiam: sed de sponso christo: non de mundo isto. Et scio q̄ illo reuertente iterum consolaberis: quia non in perpetuum tui obliuiscetur. Dixit enī. Non relinquam vos orphanos: vado et venio ad vos. Non ergo sunt vacua verba tua cū tanto dolore prolata: sed cor amantis ostendit: et gelidus cor feriunt. quod amore christi nō ignescit. Vox enim tua vox turturis: nō clamor murmuris. Ideo cōfido q̄ inuenies eū: quem doles amissum. Interrogo tamen te. Quid dicis de eo que sic absentem ploras? Bonus est an aliud suspicaris? Et quidē bonus. et bonus valde: iustus et fidelis. in quo non est iniquitas: sed nec esse potest. Cur igitur doles de bono: in quo non est dolus? Nō

de bono doleo quia bonus est: sed me miseram lugeo. quoniam bonum et fidelem amicum amisi. Ego ego sum que merui: sed veye. quia sollicite gratiam eius non custodiui. Perdendo didici: quid habendo possedi. Indicat dilecti absentia: quid contulit eius presentia. Letabar cum eo et iocundabar: minus cauta fui de celeri recessu. Genui saliens in montibus: hilaris et iocundus in hostijs domus mee. Et statim clausi fores carnis: et introduxi ad me dilectum. Sed iū cum eo: et requieui sub eius ymbraculo a turbine et a pluuia. Et gauisa sum: viso dilecto. Quid nō gauderem? Ipse gaudium meum: et exultatio cordis mei. Eya quid habui: et quid in illa hora possedi. Non possum indicare tibi. q̄ bene mihi cessit: nec nunc quidem dicere expedit. Plus desiderare non potui: presente illo quē solum dilexi. Quam dilexi: quando me et omnia neglexi. De omni re que delectare potuisset. parum vel nihil curauit: quia eius amor me totam rapuit: et quicquid ipse non erat. incōgruum videbatur et insipidum. Quo oblato: pectus est cor meum pene extra me. Dependebat enim anima mea ex gratia eius: quia aliud non habui solacium. nisi hunc quem plango subtractum. Sufficiebat mihi: et satis erat ad omnem leticie veritatem. Sicut volebam sic ille erat: et quicquid mihi precipiebat libēter acceptabam: meq; illi totaliter et prompte donabam. Et concors animus: et tranquillitas magna nobiscum. Nec fuit ausus quisq; nostrum irumpere silentium: illo nimirum sic iubente per os suum. Adiuro vos filie hierusalem p̄ capreas hymnosq; camporum: vt non suscitētis neq; euigilare faciatis dilectam. donec ipsa velit. Jam nunc perpende si vales verba mea sentire: quantum mihi de absentia dilecti necesse sit dolere: cuius et presentia omnibus bonis cepi abundare. Ad hec respondi. Scio quid loqueris: experimēto sepius probaui quod dicis. Sed in hoc p̄solemur: quia eius dispensatio voluntatis: nostre deuotionis est profectus. Et nunc que dixisti. gratā ter suscepi: sed adhuc perfectius ea velle audire. Tardioribus enim sensu: opus est morosior declaratio.

De scrutinio super dilecto et donis gratie eius.
Capitulum. XV.

Benedictus deus qui nō amouit misericordiam suā a me. Assum igitur pio rursus scrutinio querens: si quādo te sine interna consolatione reliquerit dilectus. quid interim agis: quid etiam super hoc consilis: quali quoq; arte possit reconstitui vel reuocari. Rogo te charissima et deuota christi amica: nihil horum sileas a me que venerim interrogare. Potes prodesse hac vice: pandendo mihi quod pie sentis. Et tuis sermonibus potero mensurare pondus mei doloris: an iuste sit vel iniuste quod dolui. Vidi enī te quandoq; hilarem: quandoq; tristem: rursusq; conspecti gauden-tem: et ex te perpendi aliquā antulū me. Sed causam huius mutationis hanc reor esse potissimā: de transitu et reditu vnici dilecti tui. In quo casu plura te percurasse intelligens informandus accessi. At illa. Desiderijs tuis annuens. conabor saltem modice propalare que intra me aguntur: siue cum fuero cū dilecto. siue cum ablata remanserō sola: expectando eum quem diligit anima mea. Sane hoc primum noueris: quantum mihi gaudij et dulcedinis eius confert gratia: tantum doloris et amaritudinis ministrat illius absentia. Sed cur sic dispensat vices suas: vellem eum potius dicere q̄ me. Audies autem cum compleuero verba carminis mei: quia postremo introducemus eum ad nos. sedensq; in medio nostri. docebit nos ordinatione suā: quā solitus est exhibere amantibus suam p̄sentiam. Sed iam audi patienter me: et imperfectū eloquium meum non sit tibi graue. Ad excitandum namq; corda nostra inuicem conuenimus: vt vel pariter lugeamus: vel ex amore in simul gaudeamus. Ne enim soli: quia cum ceciderit in aliquam tristitiam vel tentationem: non habet subleuantē. Et si fuerint duo pariter confouebuntur mutuo: dum vno tristante alter consolationem ingerit: aut si consolari respuit. compassionem morē prebet. et super amico contristari vehementer incipit: sicut fit vt aut pariter gaudeant: aut de ablato gaudio lachrymis se mutuis consolentur. Et quis adhuc dolor de aduersa causa vel re flebili insit: animi equiores tamen fuit quia tam vnicores se inueniunt: vt rebus mutatis corda minime mutari seu corrumpi potuerunt. Quis

non diceret cōsiderata hac animorū tam fida concordia: ecce q̄ bonum et q̄ iocundum habitare fratres in vnum? Possum igitur liberi tibi dicere quod sentio: quo nil doli vel captionis in te formido. Ecce iste dulcissimus sponsus et dilectissimus amicus meus dñs meus iesus xpus amator animarū sanctarum. ex amore cessare nō valens: attraxit me miseram ad se. Et cū non essem. dedit mihi esse viuere sapere: et cōmuni hac frui luce. Contulit et renasci p̄ gratiā baptismi: et suorum me vestiuit gloria meritorū. De hinc cū multis peccatis me deformassem. et inepta ad reamandum essem: non asperxit ad meam federtatem: sed ad sinum miserationum suarum. Etenim adhuc longius me vagante. vocauit per gratiā suā: nō sinens me perire in hoc seculo. Prouidit deinde locum mihi ad pausandum modicum: q̄ diu in hoc fragili corpore dego. Non est tamen vera pausatio: neq; diuturna ista qualiscunq; habitatio sub ymbra dilecti. Illa est vera pausatio: q̄ post p̄sentis vite labores percipitur in patria. Est tamen suo modo suauis quedam anime reuatio ad deum suspirantis. exutam se videre a grauib; seculi nexibus: et illic iam esse quo possit dilectio plenius seruire: atq; in secreto silentij sibi et illi vacare. Nō defuit etiā diuersis necessitatibus meis: iuuans et in tentationibus primitiuis. frequēter quoq; me sermonibus instruxit vñlibus. confirmans me in verbis suis. Et sicut nouelle plantationes rigari solent ymbribus: sic internis me rigauit consolationibus: ne tāq; testa virtus in me inchoata arefceret. Et dixit mihi. Si volueris et audieris me: videbis omne bonum. Si feceris que dico: eris amica mea. Si me elegeris et super omnia amaueris: fiet tibi a patre meo quocunq; petieris. Sin autem me dimiseris: erit tibi hoc in offendiculum: et ponam contra te zelum meum. Et cū que fieris alterum non diu tibi placebit: sed in te diu et amaritudine conuertetur: quia ego salus et vita sum anime. Et conuerti me ad eum qui benefecit mihi: et excitans me de puluere terrene affectionis statui in corde meo de reliquo viuere illi soli: quoniam nihil melius eo: nec vllum salubius hoc pacto. Tant et requirant quicunq; volunt quē ament et cui seruiant: mihi compertum est hunc verum esse anime virum: pro quo nec mori erit difficile. vt eius semper inhercam amori. Adhesit ergo illi: placuit enim semp

mibi: nec meliorem inuenire potui. Talem enim vehementissime desiderauit anima mea. quo nemo maior: nemo melior: nec dignior esset: et qui omnibus bonis afflueret. Et quia multum benignus erat. consolatoria adhuc verba dabat: prouidens sollicite ne quidā asperitate et duricia nimia me terrent et frangerent: sed quod leue ac suauē esset ad portandum magis imponderent et docerent: ut sic affectus iniciatus melius traheretur: ac fortius in amatum tenderet nec resisteret. Delius inquit docebitur et perficietur: si non coacte sed sponte prouocetur. Facilius suscipiet iugum meum. si amor magis per premia inuitauerit: quam timor per supplicia terruerit. Quod si in pulsu indigeret: solerti moderamine tamen fiat: ne violentia subuatur. Ipse enim sciebat quid nouelle plantationi expediret: quid mihi postmodum utilitatis hec ipsa pietas conferret maxime instante probationis tempore: cum possem facilius recogitare quanta in initio fecisset anime mee. et ideo non deficerem in aliquo certamine. Hec mihi indicare uoluit: et quanta in eius seruitio essem passura: sed lenis quandoque permisit tristitia. considerans imbecillitatem et incapacitatem primo nascentis fructus: donec ad ardua conualescerem. Post hec circūduxit me et docuit: atque in humeris suis portauit. Circūduxit per paginas sacras: et sancto flamine me armauit contra dyaboli nequicias. Proposuit mihi omnium virtutum specularia: sanctos uidelicet patri archas et prophetas. ac noui testamenti gloriosa luminaria. Circūduxit etiam me per loca heremi. et tabernacula egipti: ubi vigere inceperat et crescere monachorum ac cenobitarum nomen magnificum: qui suis exemplis imitabile et credibile fecerant suauē esse iugum dei: et amaram atque fallacem latam uiam seculari. Docuit me sicut mater paruulum: fratrem mihi nubes spirituales et inferos faucibus meis nucleos: quia dulces erant ad uescendum. Inuestiga si potes quid significet: et ubi nātales inueniant. Aperi codicem apostolicum: et coniectis oculis lege si potes tanta capere misteria. Resolue psaliam: inspic euangelium lumen omnium luminarium: et uide si non producat ex se dulcissimos nucleos. Quicquid ex his inuenieris obscurum et intellectu difficile nucleus in testa est. Sed si audieris exponere et intellexeris quod ante non potuisti: testa nucis frangitur: et dulcedo nucleī saporem facit in corde. Sic et in alijs sententijs subtiliori-

bus estimandum est. Unde et tot potes intrinsece nubes: quot sensus latentes. Et quomodo putas portauit me in humeris? Fecit huiusmodi quod infirmitatem meam asperxit: nec tamen abiicit neque despectit: sed patienter et longanimiter me sustinuit. Portauit etiam me in humeris suis: quando alijs inspirauit. et uirtutem dedit patiendi infirmitates meas: et quicquid in me reprehensibile erat. Portauit adhuc multo carius me in humeris suis: quando baiulans sibi crucem exiuit in eum qui dicitur caluarie locum: ubi et crucifixus est. Ego enim ab ipso magis ibi portabar: quam crux ipsa. Et erant onera grauiora humeris eius peccata mea: quam hoc lignum crucis. Nam propter me portata est crux illa: non propter se. Meruit tamen dedicari et honorari propter eum qui baiulauit eam: et mortuus est in ea. Quod quantum mihi super omnia amandus est et uenerandus: cuius merito et gratia sic quesita sum et redempta. Erit igitur mihi dilectus iste: sicut vnicius matri sue. Et ego ueraciter noui: quia nequaquam eius conuenio dilectioni. Tamen quicquid presumpsit: de illius processit dignatione. Et consequens non fuit uililo tam benigne se gerente ad me: non occurrem ad vicarios amplexus. Admonet te: ne quid dixerit dauid. Quis sum ego ut fiam gener regis? Sed est longe maior ista quam illa affinitas. Quia hec est celebs et sincera cognatio. ubi caro et sanguis locum non habent: sed fides inuiolata et bone conscientie ad deum interrogatio. De qua et ille discipulus quem amabat plurimum iesus dicit. Quia maior est qui in nobis est: quam qui in mundo. Deus enim charitas est. et ipsa hanc cognationem parturit. Cum ergo dauid tantum se humiliat ut gener terreni regis fieret: quam humilitatem oportet sentire: quam rex regum dominus me perculam dignatur agnoscere: et ad sui amorem trahere. Fecit itaque mecum non sicut merui: sed quemadmodum beniuolentissima uirtus eius dignabatur: sicut per omnia charitatis et infinite bonitatis eius placere uidebas. Felix et benedicta anima: diuini amoris uinculo colligata. Quod nobilis et ingenua: que sancte copule non ignorat uota. Et quia iam plerique sermo de dilecto processit: nec tamen quod querebas narratum est: ex ordine alius succedat: quem ipse nobis dulcem ac fructuosum facere dignetur.

De benigna protectione dilecti et sufferentia anime. **Cap. XVI.**

Ecce sicut oculi ancille in manibus domine sue: ita oculi mei semper ad dilectum meum. Ex eo tempore quod cum amare cepi: etiam perseuerare cum ipso uolui. Quod cum instituissem: placuit ei hoc ipsum. et confirmauit dicens. Qui manserit in me et ego in eo: hic fiet fructum multum. Sed ut probaretur uirtus dilectionis quam uera quam fortis et quam casta esset: necesse fuit ut tentatio illud aperiret. Tentari autem non possem nisi ipso permittente: et paululum se abscondente. Et quod ad purgationem interioris hominis necesse ad secundiorum fructificationem uirtutum. atque clariorem spiritualium donorum perceptionem tentatio perficere solet: ipsa me apprehendit et exercere cepit. Quod fortiter et quam frequenter hinc inde me iecit: quem nullum late secretum deus et dominus meus clarissime nouit: qui testis est omnium que in corde meo gerantur. Et nunc uisquam me conspiciat: nec aliud quam fragile figmentum esse cognoscat. Nisi ergo adiuuisset me quam grauabar tantum anxie. ita ut uiuere uix me crederem: paulominus habitasset in inferno anima mea: tantumque plapsa in desperationis fouea. Sed ipse misertus est mei: qui tribulatis corde solet adesse. Quis enim ad tolerandas preualeret tam multas tentationes: nisi deo se preigente et adiuuante? Quod igitur stare potui ante faciem uentis: eius fuit misericordie. Et quod adhuc stare me cognosco: ex eiusdem pietatis munere uenit. Unde mihi nequaquam confidere debeo: donec in carne uiuam. Etiam si celum serenum sit: non puto quod securitas amodo erit. Subito enim aer concitabitur: et fortassis quando minime estimatur. Tanto igitur magis mihi necessaria est dilecti mei gratia et protectio: quanto uerius experior. pene omnia patere periculis. Nisi quam locus tutus est quam in celo: ubi dilectus meus pascit electos suos in leticia et exultatione. Sed quando ibi? Dicere inde quid possum? Cogitare uix modicum inde licet: nec tamen dare: sed introire minime licet. Utinam ueniat ipse et colloquet me in loco pascue sancto rum lucidissimo tutissimo et amenissimo: ubi non est sathan neque occurfus malus de cetero. Adhuc in mari laboro: et in portum salutis propter tentationes ex diuerso afflatu tumescens ignoro. Nihil ergo mecum agitur in tuto: sed hoc mihi pro scuto manet et tegumento: quod fidei lumen semper aspiciam.

quod dilecti mei gratiam humiliter requirar: quod bonam spem ad eum indefesse geram: quod ab eius caritate separari nullatenus consentiam: quod denique eius prouidentie et abissali misericordie plusquam propue industrie me relinquam. Quapropter licet etiam frequentissime titubabo. ac nonnunquam in uicia cado: et nequaquam tamen desperare debeo: sed ad ipsum instanter clamabo et ciulabo. Domine deus meus miserere anime mee: et ne sinas me periclitari in tentationibus meis: sed adiuua me fideliter ut fortiter resistam et vincam. Operi manu tuam tuarum porrigere dexteram qui me perphas per sathanam: et sepe ponis ad partem sinistram. Quod si tam grauis tentatio aduenerit: que me ad dominum clamare prohibuerit: mox ex intimo corde suspirabo. Ipse enim nouit abscondita cordis: et scit quid desiderat spiritus. Non enim est uoluntas eius: ut pereat unus ex his pusillis qui credunt in eum. Quod magna misericordia eius super me: etiam ignorante me uel non aduertente. quod mecum fuerit in tribulatione. Nam multoties seruauit me: ut non traderer passionibus. Quod quod ex occulto eius iudicio factum est: ut caderem et uincerem etiam in paruīs: ne forte superbirem. et in magnis premerem: sed humiliata et confusa discerem: quia nihil eram. etiam cum bene stare uidebar et florere. Sui deo ergo ne temere aut cito me laudes. licet prospere procedam: sed fini sancto referua potius laudem: immo non me sed dominum lauda. Laudetur solus gloriosus deus: qui assistit mihi frequenter in tentationibus meis. Sepe namque cum captus essem ab eis: pie liberauit me. Interdum autem ueniētes ut turbo ad dispergendum me. emisit sagittas suas. et dissipauit eas: fulgura multiplicauit et conturbauit eas. Et recesserunt a me. usque ad tempus. Nam omnino carere eis me noluit: quod raro alicui sanctorum in hac uita donauit. Habui ergo post hec modicam requiem: largiente dilecto meo pacem. Quia tamen adepta non ad corporale neque ad seculare oculum me contuli: sed ad mentale oculum me uerti: ut terram de longe cernerem: et celi iam secreta parumper inspicere. Intēdi itaque mihi ut uiderem qualis essem: et quibus modis illi melius placere possem: qui tanta mihi dilectionis ostēdit signa. merita mea ualde excedētia. Non poterā in turbine tentationis uidere quam suauis esset dilectus meus: sed in sereno mentis et quiete solitudinis.

Et quantum in me erat hanc pacis serenitatem sine intermissione optabam. ut illi perfectius adhererem: et sine aliqua abstractione molestia vacarem. Sed non fuit desiderium anime: effectus semper comitatur gratia. Datur tamen non nunquam desiderata dulcedo: non nunquam deo discessit ex iusto. Cui etenim non optabilius foret sub umbra pausare dilecti: dummodo liceret: dummodo ipse et locus admitteret. Hunc autem vicissim opatur mecum dilectus meus. Nec semper sentio quod turbat: nec indefinenter fruor quod delectat: sed sit vespere et mane dies unus: quod eundo et redeundo per letam et tristitiam agitur tota hec mortalis vita. Senferat nimirum huiusmodi scitans qui dicebat. Visitas eum diluculo: et subito perbas illum. Videt tamen aliqualem requiem: si non nimis continua sit aut importuna tentatio. Cum ergo donatus mihi fuerit. vel parum in dilecto meo suauiter requiescere: gratum omnino habeo. et optabile. Gaudeo in hoc et semper gaudebo: per tam deifico munere. Prestat insuper fiducia affandi eum quacumque de causa fuerit: quod toties benigna visitatio sua me gratius puenit. Siquidem ipso appropinquante et diebus festis me agere volente: subito lux cordi meo insulget: ante cuius conspectum omnium inaniter cogitationum caligo pellit: et diu optata serenitas possidet. Ad ingressum namque eius stare non potest aliquid turpe aut indecens: quia mundicie amator est et insertor: sed necesse est ut abscedat ois illusio dyabolici oibus popis mundi. Suppressis ergo passionibus et tentationibus meis quas protuli: clarius cum cepi agnoscere. atque feruenter diligere: studui quod gratias eidem agere: quod iam sero dignatus sit viciozorum a me tumultus prohibere. Etenim ipsa solent pacem meam inquietare: et os meum molitur obstruere: ne loquar ad dilectum meum. Sed frustra est eorum conatus aduersus potentiam eius et sapientiam: qui in quolibet tumultu potest illabi cordi meo: et secreta sua mihi silentiter infundere: ita ut cunctas eorum iniustationes per nihili ducam: penitusque non aduertam.

Cum cordialissime et pulcherrime dilecte: sic queso assume me ad te: quotienscumque videris affectus meos per me aliqua viciozorum mole aut teneri inutili occupatione: ne longius a te post greges malarum cogitationum vagari incipiam. ac perito priuari gratia tua sine qua non potero durare in tua exquisita amicitia. Tu es enim deus meus: deus meus qui verbo tuo oia sanas et sanctificas: qui posuisti animam meam ad vitam. et non dedisti commoueri pe-

des meos: sed de tempore iniquo et de laqueis mortis extraxisti me. O quanti derelicti sunt et perierunt: qui innocentiores me fuerunt. Benedic igitur anima mea domino: et omnia que intra me sunt nomini sancto eius. Benedic anima mea domino: et noli obliuisci omnes retributiones eius. Parum est utique et modicum nimis. quicquid dixeris aut cogitaueris. vel promiseris in laude eius. Maior est enim omni laude: et suauior omni melodia. Propterea adheret tibi anima mea. et super omnia data te diligit: quous pulchrum sit et dulce quod mihi ex charitate miseris. Tu namque solus es sponsus: cetera donaria sunt et iudicia amoris. Non diligam ea pro te. nec credam sinete omnia mihi posse sufficere: ne forte cum illis amittam te. Cui propter te multis sinis: sed pro te frui nec aliquibus rebus vis. Ideo dilecte mi sponse iesu christe oibus te proposui: et pro omnibus amare curavi. Da ergo mihi felicitatem te frui: et fruibili vniione vna tecum perpetuo beatificari.

Sed quo pueni? Longius forsitan te pertrahi quam volebas. Sed indulge mihi. Sustulit enim me paululum amor summi ac vnicuique amici: et vti nam de cetero magis sustollat: ac te pariter leuet in altum. Provideat nobis celestem ascensum: nos autem teneamus humilem descensum.

Si relinquerem interdum a dilecto queris? Dico etiam. Quid facis inter hec? Sustineo me quanto equanimius possum: et expecto donec veniat. Natura grauior sed spiritu interius me sustentio: ne sit insolabilis dolor. Memor sum: quia sine dolore non viuam in amore. Ex fide viuam. scripturis sanctis credo: verbis consolatoris assentio: et licet adhuc male habeam. melius tamen posse fieri non diffido: nec diffidere debeo. Tera sunt enim et firma: que narrant eloquia ipsi namque in multis sunt exercitati: et in similibus perbat. Natura semper optat alleviari et in aliquo consolari querit: sed spiritus tamen promptus est ad proferendum omnia: quecumque deus pati me voluerit. Si itaque indeuotior et pignior ad bona faciendam fuero: propterea non erit sine remedio plaga mea. Etiam si occiderit me aut iustus: in ipso sperabo. Si virtutes diligo: patientia magna virtus est: feruetur ergo et modo. Difficultas namque operis: sepe auget claritatem virtutis. Et autem probetur. magisque clarificetur virtus: per contrarios solet experiri successus. Cum igitur tale probamentum aduenerit: ne diffidam: nec concidas: sed conserua patientiam

et dei per me ad iusticiam. Non est deus tam seuerus et imitator: ut diu in consolatui te parat manere. Tanti caueas ne immoderate doleas et velis aduersus iustum et sanctum remuere quod relinqueris: me et malignis spiritibus acerbiores tibi tentationes de fide et blasphemiam immitat: et ex his nimium pauidus plus crucieris quam oporteat. Idcirco sustine te modicum et dolorem copume: etiam quatenuslibet tibi grauedo cordis ingeratur aut corporis. Permane firmus in bono proposito: quod instituisti suare ab initio. Iuuat enim in tali maxime articulo omne spiritum in dilectum pericere. Expecta patienter consolationem celestem: senties cito verberem gratiam: et dei respectum. Ecce habes fidelem testem dicentem. Expectans expectationem: et intendit mihi. Et autem in primo illam merearis consequi: interim sepius ora: et pro te orari supplica: sicque te totaliter eius committe voluntati et ordinationi: ut faciat tibi sicut placitum magis fuerit sibi. Dicamque illi cum bona confidentia in manibus tuis opera mea: tu scis qualiter mecum sit. tu cognoscis quid patior: et nunc si vis citius consolabor. fiat tamen semper quod tibi rectum et bonum videtur in oculis tuis: et miserere mei desolati et mendici pauperis. ad te humiliter gemetis. Si igitur in patientia et longanimitate perseueraueris: nec propter modicam tribulationem a fide et castitate que est in christo iesu declinaueris: profecto reuertetur ad te splendor gratie eius: et illuminabit te copiosius. Eruntque multo carior dilectus reuertens: quam si nunquam absens fuisset. Non enim est irreuocabile verbum: nec si offensus est: ut iam ultra nequeat reconciliari placabit citius et facillime. dummodo tu operam dederis: et cauere melius et satisfacere maturius propoderis. Si his salutaribus monitis acquiescis: erit tecum dilectus sicuti promissum est: et ex illius presentia iocundaberis et dices. Magna multitudo dulcedinis tue domine: quam abscondisti timetibus te. Perfecisti eis qui sperant in te: sub umbra alarum tuarum proteges eos. Si non renouaberis: et videbis inclitum tuum qui regnaturus est in te. Ipse est rex virtutum et dilectus tuus: cuius posteriora in pallore auri: sed caput eius aurum optimus. Hec per tua consolatione per paucis sunt dicta. Reliqua deo de dilecti mutatione promissa. qualiter nunc videlicet apparet. nuncque discurret: sequenti narratio ab ore eius suscipies et audies.

Responsione dilecti que sit recessus sui.

Cap. XVII.

Trabilia opera tua: et anima mea cognosceret nimis. Quid est dilecte mi quod fecisti mihi? Ut quid me dereliquisti? Rinde mihi. Reliquisti me et abiisti. Sed et de nullo repedasti. Et in hoc bene fecisti. Si homo cito venisset: pene defecisset. Sed misertus es mei: conscius secretorum meorum. Etenim tristis eram et recessu tuo: et uinc per reuersionem tuam sum consolata. Dic tamen aliquid ad doctrinam ineam: quid boni in hoc predestinasti? Quid te iuuat sic discurre. et me affligere? In te audire delectat: mane nobiscum domine. quoniam aduersus perasit. Veni et sede in medio nostrum: quia ecce ego et alii quidam discipuli meos: et audire cupimus: et obsecramus ut doceas nos. Dic sidenter quod placuerit: et ad me si vis verba tua conuertere. Pulchrum libentius quam te audio loquentem. Et si quis alius loquitur: propter te qui in eo loqueris sermo eius mihi gratius et audibilis efficitur. Erunt igitur eloquia tua dulciora mihi super mel et fauam: vincunt enim omne suauitatem verborum. Sonet iam vox tua in auribus meis. Intonuuit ergo vox dilecti mei: et dixit. Ego qui loquor iusticiam. Quis filius mei in consilio et prudentia? Quis fecit mare et aridam? Ego dominus formans luccin: et creans tenebras. Quis intravit abyssum: et de profundo eduxit aquas? Ego dominus: scrutans corda et renes. Quis cognouit omnia nouissima et antiqua? Ego dominus: qui feci oia in numero et potere et mensura. Ego creator celorum et terre: rector omnium seculorum. Ego secretorum cognitor: et occultorum reuelator. Ego vniuersa conplector et singulorum causas intueor. Ego deus et non mutator: apud quem omnia mutabilia stant immutabiliter rationes. Ego deus omnipotens: cuius potestas insuperabilis. Ego altissimus: cuius altitudo inattingibilis. Ego bonitas: cuius entitas incapabilis. Ego presentissimus: et secretissimus. Ego intimus: et a sensibus remotissimus. Ego omnia sine ohere portor: et cuncta sine disputatione rogo. Ego presentia simul et futura eque intueor: et presentia. Ego omnem corporalem pariter et spirituales excedo creaturam. Ego variis modis nominabilis: nulla tamen cogitatione vere formabilis. Ego subito compareo: et mor dum nescitur lateo. Tere ego deus absconditus: qui mille modis dispenso vices meas cum amantibus. Et dixi etiam hec ad amantem animam. Abscondam faciem meam ab ea modicum: ad monumentum eam relictam quam. videam si caste diligit. Abultum est

caste diligere: quia hoc est non propter seipsas me diligere: non propter aliquod temporale commodum, vel spirituale solatium: sed me solummodo propter me: et se finaliter propter me, et ob aliud nihil sperandum a me. Non est enim sic me amare: sed est solius perfectissime anime, hec propositum casti amoris. Que autem adhuc imperfecta est, necesse habet frequenter probari et exercitari: ut sciat quantum diligat: et si usque ad contemptum sui. Dixisti enim in corde tuo, perfectio diligere: et id ipsum frequenter repetis: quia diligere. Sed non tamen verbis vel cogitationibus credo. Et tunc te in veritate probabo. Cum propositum sum et blandior: cum deuotionem tribuo aut datam augeo: cum tamen pro spera aut per maiorem partem iocunda prelo: tunc deuote dicis, dilecte mi diligere te. Et bene dicis. Sum enim amabilis valde: et oia que de me dici aut cogitari possunt amabilia sunt: et dulcia atque laudabilia in secula. Sed et in beneficiis solus me amare et laudare: quid grande est? Nam et peccatores bene faciunt. Equidem me sepe benedicunt: cum acceperint quod male cupiunt. Sed non est speciosa laus in ore peccatoris. Qui ergo propter beneficium aut consolationem me diligit: quid amplius auaro facit? proficiat perficiat: et ad perfectionem ascende. Piget semper debile et molle esse: discere solidum edere cibum: non lacte paruulorum diutius vesci. Transi ad numerum fortium dauid: tenentium hastam et gladium et clipeum. Tolle crucem: et sequere me. Festina inter illos computari: qui diuersa grauamina et multa exilij genera per me sciunt portare. Nimis inclinatis ad consolationem. Probare ergo te volo et inclinare ad aliud latus: ut expiari quod pati possis: ne tibi innocens et sancta videaris. Abiit tam super te tribulationem, et iram et indignationem missionemque per angelos malos. Alij que tua sunt tollent: alij quibus indiges negabunt. Alij tibi detrahent: alij in facie resistent. Alij graue iugum imponent: alij que tu non vis ducunt. Alij exterius et alij interius te affligent. Alij assumunt ad statum et honores: tu relinqueris ad promelas et labores. In omnibus his et maioribus: probaberis ut athleta fortis. Recedam nec dimittam quin diligenter te examinem: si in facie mihi benedixeris. Et si in toto corde me dilexeris, et in omni tempore nomen meum benedixeris: dignum est ut amodo sponsa voceris: et secretum apud me cubiculum obtineas. Et si necdum virginem meam portare sufficias: sed hac disciplinam minus amabilem censueris, iugum multis diebus absentiam meam quam affectat et sedula petit, mittam tibi baculum meum ut surgas: et post hoc

veniam, et suscitaberis ad pristinam gratiam. Non loquor enim ut omnino deficias: quia ego amantem me diligam. Et si nondum perfecte diligis: non tamen paruulam preteritio: sed ut crescas curabo. Cura mihi de te ut bene habereas: nolo quod ut de me hereas. Scio quidem quantum pati valeas: et ideo tempero vices meas: ne super id quod possis sustinere teneris, et deficias. Quod si mora fecero: expecta me usque in die visitationis. Veniens veniam: et promissioni mee satisfacias. Tu autem oportet in cubile sacre lectionis intenderis: in omnibus patientiam et longanimitatem tene. Nec enim ignoras quod interim in merore existis: sed tam subito infirmari et ab omni spe quasi non essem reditus deficiere: non placet utique mihi. Ubi est fides tua? Magna fide opus est tibi in hac parte maxime: quia et si me non vides: videris tamen a me cui te et oia tua credere deberes. Licet namque iudicia mea ignoret: dicat tamen firma fides: bonum est quicquid disponit et operatur deus. Consolator igitur te: quia infirmitas bene non erit ad mortem: sed per gloriam dei. Abstuli a te desiderium tuum: et volui tentare fidem et dilectionem tuam. Ecce enim hoc oia: ut tuam infirmitatem aptius scires: et mea bonitatem magis intelligeres. Non te bene nosti: scilicet et ego noui. Ego te et oia tua noui: non modo ex tempore sed ab eterno. Agnosce ergo quid ex me tibi veniat: vide quod pauper ex tuo sis: si quia a me relinqueris. Nondum in vera tui cognitione plene perfectus. Et quia expedit plurimum bene te scire: volui ut expremere disceres. Bonum est tibi quod aliquando desolaris: quod tribularis quod humilis: ut scis, propria manifesti palpes infirmitatem. Ego noui hanc magis venire ad perfectum tuum. Si ex hac prudentior et sollicitior fueris ad singula: quid perdidisti? Arrogans es plerumque et inscia tui: putans te habere bonum quod non habes. Deciperis amore proprio: et dum non cogitas dato: abuteris dato. Ego inebriaui te: sed oblita es quia de vite mea botrus erat. Experire modo te ipsam: agnosce quid virum habes. Si ex te est quod habuisti: cur non tenuisti? Si nec illud tenere potuisti: agnosce quia desuper accepisti. Da ergo honorem gratie: et confitere quia sine me nihil potes facere. Considera quod necessarius sum tibi: quod sufficiens et solus potens in omni bono te confirmare. Ubi eras priusquam te uocarem: nisi in peccatis tuis? Et nunc ubi es, nisi quo perduxit te. Sed et quando tibi bene erat sine me? Et dixi. Nunquam dulcissime dñe. Tu solus vnicus et singularis dilectus meus: in omnibus et per omnibus fidelissimus. Quare

igitur cogitasti apud te non recte: ut ires post amatores alienos? Quid tibi displicuit in me? Nunquam gloria mea aut pulchritudo mea? Vere dñe, non est similis tibi in pulchritudine et in gloria: in diuitijs et potentia: neque talis in celo neque in terra. Tu es enim solus altissimus super omnem creaturam. Tui sunt celi et tua est terra: orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti. Multum est quod creaturis donasti: ex quibus magna pulchritudo sapientia et bonitas tua relucet: sed nichil in compensatione beate gloriose presentie tue. Expietia nunc didici: quia amarum mihi est vel ad horam te reliquisse. Ad me ergo reuere dicit dilectus tuus. Satis est quod hucusque circumcursasti. Disce stabilis esse et mitis: sperans et fides in me non tamen in die visitationis: sed abundantius in nocte temptationis. Ego dimisi te vix fatigata citius ad me redires: et frustrato exteriori solatio, demum intelligeres, quid tibi contulit dilectio mea: que toties te inuitauit. Aduerte itaque nunc, quia ratione non caret. quoniam non relictus: quod sine affectu manes quod tedio afficeris quod teratibus fatigaris: quod hinc et inde affligeris, quod consilium non inuenis, nec auxilium sentis: sed angustiam vndique et egestatem pateris. Ideo relinquo te ut cognoscas meam presentiam tibi fore necessariam: non modo in vna re, aut in maxima tui causa: sed in omni, perfectio actione in omni loco et tempore: tam mane quam sero, et vbi cunq; fueris, ieris vel steteris. Sic quidem instruis sollicitus: cum dilecto tuo ambulare: et a vanis abstinere, offensasque cauere. Relinquo te ut sciam quantum diligas me: hoc est appareat tibi modus dilectionis tue. Fortiorem te et beatiorē putabas quam eras: sed euidentius patuit, auxilio meo tibi paululus subtrahere: quia egenus fuisti misera. Quomodo cognosce dilectionem tuam: nisi cum mansuete portaueris grauamina? Interdum te video tepefcentem: sed ut susciteris ad feruorem et querere diligentiam: abscondo me ad horam, tanquam dilectus stans post parietem. Video et scio omnia: sed exercitatio utilis ad multa, maiorem dat sepe intelligentiam. Et si me diligis: utique querere non tardabis. Si placeo: indagare curabo. An ignoreas quia laboriose acquiesce diuicias, tenent magis studiose? Cui eque optata requies sicut fatigato? Cui tam iocundus amor: nisi in quo precessit amari dolor? Et reinuentus thesaurus: nonne bis charior est quam prius? Duplex gaudium et geminata redit leticia: de inmissa dilecti presentia. Utiliter igitur me subtraham:

quia non dedignando hoc ago: sed pia quadam dispensatione sic quam amantibus ludum sufficiat pro presentia: quia tantillum audire meruisti. Do autem licentiam totiens reuertendi ad me: quatenus tibi senseris opus esse. Ego nunc quam viscera mea clausi, humiliter et serio deprecanti.

Defiducia diuina miserationis. Ca. XVIII.

Deus meus misericordia mea et ideo non sum confusus. Non videam cuiquam absurdum, si cupiam cum deo deo meo frequenter celebrare colloquium: cuius benignitas me pigrum sepe trahit et accendit ad orandum et meditandum: ut eius non respondere vocibus durum mihi sonet et ingrati. Sed dicit forsitan aliquis contra me. Ergo nec tu times deum: cum sis reuera peccator inmundus, et vita ipsa indignus? Unde tibi hec presumptio cordis? Et cum sis omnium minimus et despectior vniuersis: quid adhuc te diuinis ingeris colloquijs? Quae te ipsum facis? Dilecte mi dñe, pro me responde: quia os peccatoris aptum est super me. Si me iustificare uolueris: os meum condemnabit me. Et si mundus fuero: hoc ipsum ignorauit anima mea. Tu scis insipientiam et confusionem meam. Tu loquere: ego libenter silebo. Et vox dilecti mei. Ne attendas ad verba exprobrantium tibi: sed ausculta potius quod dixi. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. An non licet mihi facere quod volo? Voluntati mee quis resistit? Si tibi quis nouissimo bene facere voluerit in modico: quis arguet me de peccato? Qui sine peccato est: primus in te lapidem mittat. Si autem et ipsi peccatores sunt, cur gratie detrahunt? Non tu me elegisti: sed misericordia mea te preuenit. An adhuc aliquis audeat murmurare contra te, quia accessisti ad me? Certe non est murmur eius contra te, sed aperte pertra me: quia peccatores recipio, et manduco cum illis. Et quare non vindicares tibi familiaritatem meam: quam potius gaudeo exhibere quam retrahere? Cui ego, dilecte dñe, non imputet eis: sed mihi et peccatis meis. Non nego quicquid de me egre sentis: fateor et hoc indubie: quia multo plus est quam scitur. Dicit ille. Bonum tibi quia humiliasti te, sic enim semper magis lucraris: et gratiam meam facilius impetrabis. Propterea tamen non est abiiciendum quia peccator es et defectuosus: quam quod temetipsum ob id despiciere debeas merito: nec vniquam obliuisci in quatuor deliquisti. Sed ne anxietate intereas, pensa quam sepe de peccatoribus iustos facio et amicos:

humiles eligens. et de se presumens relin-
quens. Non opus habeo vt dones mihi ali-
quid de tuo: sed tñ hoc peto: dilige me corde
puro. et sufficit. Cui rursus. Prochpudor mi-
hi quia non est quicq; in me: vñ possit amor
tuus erga me incitari. Dicit iterũ. Nihil horũ
attendo que mundus ad placendũ offert: nil
taliũ requiro: amor p̃se satis est: tñ ferues-
at mecuq; pseueret. Querunt cuius sunt que
hominẽ adornare possunt? Nonne mea sunt
omnia. et que in corpore et que in anĩa fulgẽt?
Que autẽ mĩdi sunt et que corpus honestat:
parũ te implicare debent. Que x̃o ad decorẽ
virtutis pertinent. tua interest et oportet ista
curare: vt placeas coram deo in lumine viuẽ-
tium. Iuste tñ te humiliasti. et accusasti tam
foris quã intus coram vultu mee maiestatis.
confitendo veraciter infirmas dedecora tua
atq; pfundius ingemiscendo. quia nequaq;
dignus es familiaritatis mee vendicare gra-
riam vel ad horam: cum sim speculũ sine ma-
cula: et tu peccator et immũdus ab infantia.
Admoneo ergo esto fragilis cõditionis tue. et
generose celsitudinis mee: sicq; cũ humili re-
uerentia ad me accede confiderenter. Ego enĩ
sum qui deleo iniquitates et peccata: qui iusti-
fico impiũ: dimittens ei omnia delicta prope
nomen meũ. Non solum hec confero: sed ad-
huc maiora dona misericordie paratus sum
prestare. Nã et misereri potius eligo q; irasci
malens parcere q; punire. Sed hoc parum
visum est mihi: neq; sic contẽtus suz. vt post
primã gratiam nõ adiciã secundã vel terciã:
imo finẽ non impono miserationũ mearum:
sed neq; gratiarũ et beneficiorũ meorũ dicibilis
est numerus. Deniq; post peccatorũ veniam
post penitentia et satisfactionẽ completã: red-
do plerũq; salutaris vultus mei letitiã. ifun-
dendo abundantiorẽ spiritus sancti gratiã: et
licet adhuc in carne peccator morẽ. in meũ
tñ illum recipio familiaritatẽ: ita vt de perpe-
tratis malis nulla sit erubescenda iam confu-
sio: sed magis gratiarũ actio et vox laudis: q;
transferunt vetera. et noua facta sunt omnia
Tam pius et misericors sum: vt s̃p paratior
sim ad indulgendũ. q; tu ad penitendũ. pm-
prior ad dandũ: q; tu ad rogandũ. Quid
igitur times: quid trepidas ad sinũ accede-
re tante pietatis? Et cur te alienaris a gratia
mea sponte oblata? Etiam si scires q; pposu-
issem negare: non tamẽ a precando deberes
desistere. neq; cõfidentia exauditionis amit-
tere: sed insuper vehementius donec accipe-

res instare. Infinite sunt enim miserationes
mee: et quod vno tempore negat: alio tẽpore
poterit pie concedi. Quid scis si quãdo cõ-
uertam ad te faciẽ meam: et donẽ tibi deside-
rium cordis tui? Et quid dicit ppheta de me
Accedite inquit ad eum et illuminamini: et fa-
cies vestre non confundent. Ego magis ac-
cusa accessus tui raritatẽ. q; accessum frequẽ-
tem: et plus timidã verecundiã: q; promptã
venie presumptionẽ. De mea bonitate con-
fide: recte humilitatis et magne fidei est in-
diciũ. Hec dico: vt non pecces. Et si pecca-
ueris: non desperes. Et cito resurgas. Habes
enim adhuc spem: et aduocatũ apud patrem
An expectare vis vt dignus fias priusq; ac-
cedas? Et ex te quando hoc poteris? Si so-
lum boni et digni. magni et perfecti viri mihi
appropinquare debent: peccatores et publica-
ni quem adibunt? Quid ergo euangeliũ di-
cit? Et erant inquit appropiquantes ad iesum
publicani et peccatores: vt audirent illum. Acce-
dant ergo indigni: vt fiant digni. Accedant
mali: vt efficiant boni. Accedant parui et im-
perfecti: vt fiant magni et perfecti. Accedant
omnes accedant singuli: vt accipiant de plenĩ-
tudine fontis viui. Ego sũ fons vite: q; nõ p̃t
exauriri. Qui sitit: veniat ad me et bibat.
Et qui nihil habet: veniat vt gratis emat.
Qui morbidus est: veniat vt sanet. Qui tep-
idus est: veniat vt accendat. Qui timidus
est: veniat vt confortet. Qui tristis est: veni-
at vt consolet. Qui aridus est: veniat vt adi-
pe et pinguedine spiritus repleatur. Qui te-
dio afficitur: veniat vt gaudio recreetur. En
delicie mee esse cum filiis hominũ. Qui pec-
piscit sapientiã: veniat ad doctrinã meam.
Qui querit diuitias: veniat vt accipiat eter-
nas et incorruptibiles. Qui honores ambit
veniat vt nomen eternum in celo hereditet.
Qui felicitatẽ desiderat: veniat vt eam sine
timore et periculo possideat. Qui omnium
bonorum abundantiam concupiscit: veniat
ad me vt summũ eternum ac immensum bo-
num percipiat. Ego sum qui omnia tẽpora-
lia bona presto: et sup temporalia eterna bo-
na in celestibus tribuo. Nec promissioni mee
deero. cum adimpleta fuerit madorũ meo-
rum salutaris obseruantia. Coronabitur autẽ
gloriose in celo: qui legitime certauerit in h
mundo.

De desiderio diuine fructuõis. Ca. XIX.
Meditatio cordis mei in conspectu tuo
semper. Quid anime fidei suauis.

quid iocundius esse potest. quam deuote de
domino deo dilecto suo meditari: vt quẽ cla-
ra ac beatifica visione intueri nec dum valet:
saltem per studiosam recordationẽ quasi pre-
sentem sibi faciat. Contemplet igitur eum p
speculum in enigmate: q; facie ad faciem nõ
potest videre. Scrutetur nihilominus per
scripturas et figuras: quem in suo fulgore cõ-
templari non sufficit. Si studium querendi
faciem domini nunq; frigescat: sed de die in
diem magis feruescat. Inest autẽ anime deũ
amanti incessabilis estus ad eius visionẽ p/
fruemdam. quia visio dei beatitudo summa
est. et felicitas perfecta. Appetit ergo hanc
beatitudinẽ: quatenus totus eius appetitus
suo cõiunctus fini sarietur et quietet: qm nul-
lo presenti bono poterit vimq; contẽtari. Nã
et crebra experientia didicit. quanto longius
a celesti beatitudine errauit: tãto infelicio-
r est et inquietior: cuz nihil in creaturis stabile
appareat aut durabile: quo eius affectus pos-
sit mitigari. Redeat ergo ad eũ a quo facta
est: et ab illo requirat beatitudinem vñ sup̃ sit
originem. Quoniã quidem qui creauit ani-
mam: ipse est qui satiat in bonis desiderium
eius. Nã talem affectum ei indidit: vt eo de-
pro nullum sit bonum quo contẽtetur: nullũ
gaudium quo secure fruatur. Noli ergo hic
stare anima mea. quia non est iste locus rede-
tionis tue: sed perge sursum: ascende ad eum
qui te fecit. Jam enim et ille nuncios misit: et
ad ascendendum te inuitat. Quot desideria
eternæ vite inspirat: tot nuncios tibi trãsmi-
nit. Quibus susceptis: para te ad ambulan-
dum. Ambulas si eũ videre desideras. si ei
placere contendis: si inferioribus abrenunci-
as: si eius amore agis. quicqd agendum vel
dimittẽdum fuerit. Non enim tu eum prius
querere posses. nisi et ipse te prius quesisset: et
sancta in te desideria suscitasset. Siquidem
languet illa omnia non amore sed tedio per-
nitioso: que eterni solis non fuerit irradiata
calore. Sed si austro suauiter flante a frigore
fuerit resoluta et merore: tunc mor estuare in-
cipit pre desiderio inspirati luminis. ad in cõ-
prehensẽ archanũ diuinitatis. O veri solis
ardo: immensus: quot tunc in amante partu-
ris estus. Solius tristitie tenebras: et laborio-
sas actiones in nihilum mutas. Longos an-
nos diesq; pauperatis: vno simplici illapsu
abunde consolans. O tristium medicina: o
errantium et querentiũ fulgida lucerna. Tu
iugiter mihi mica: tu mansionem in me para

donec illucescat lux perpetua. O q; dulcis et
iocunda erit tua presentia: quando ex sola re-
nui memoria tanta prodeunt solacia. Opli-
benter me possũ ad te puertere: q; libere om-
nibus renunciare: vt tua gratia merear con-
solari. Non enim difficile erit anime cupien-
ti tuam faciem cernere. a presentũ se oblecta-
tione nudare: cum iam maiorem interius sen-
tiat: aut in proximo sibi largiendam fiducias
lucis abs te expectet. Preterea nullus inspi-
cienter cogitans putet. q; tu animam tibi de-
uotam diu incõsolatam relinques: vt q; par-
ua recipiet carissimata gratie. pro vniuersis
victorijs nature: quia nec in qualitate nec in
suauitatis quantitate poterit vñ q; tue celesti
cõsolationi comparari. qualiscunq; terrena
delectatio etiam vñdecunq; concepta. Stu-
deas ergo fidelis anĩa talem te exhibere x̃po
celesti sponso. vt eius gratia et cõsolatione
digna semp existas: quia per ipsum et in ipso
copiosissime reperies: q; te in quib; angustia
positam consoletur. Quanto frequentius ad
ipsum accesseris eiusq; lateri vicin ius et tuũ
applicueris: tanto tibi dulcior apparebit et io-
cundior. O si te subtraxeris: tu sola detrimẽ-
tum pacieris: ille autem in sua permãnens
pulchritudinem. nil molestum sentiet nec tri-
ste. Tu bonitate eges illius: ille nullius. Iõ
tu beator ex ipso fieri potes: ille ex tuo pro-
fecto non potest. Solus est qui sibi sufficit:
solus cui nihil addi minui ve potest. Eius
gratia sunt quęcunq; sunt: quęcunq; viuunt
sentiant et intelligunt. Merito ergo omnia
que creata sunt: ipsum laudando benedicũt
O si sufficienter eum enarrare tibi et explica-
re possim: q; libenter id agerem. Sed quid
ineffabile est: sicut et effari prohibetur. Simi-
liter q; in excogitabile fertur: nulla cogitatio
ne vel voce vere formatur. Et cum ita sit co-
gita tamen interim humano mōre de creato-
re tuo: habendo memoriam abundantie sua-
uitatis eius pro solatio: donec presentia vul-
tus sui tibi ostendat in regno.

De gemitu anime et dilatione glorie.
Capitulum.

XX
Go dixi in excessu mentis mee: pro/
iectus sum a facie oculorum tuorum
Percussus est cor meũ intra me: et
dilatione glorie tue. Loquar ergo: et confa-
bulabor cum amaritudine anime mee. Vis
amoris tui dicere me compellit: nec patitur
tibi aliquid abscondi. Quid igitur referam:

Ecce deus me⁹ in pace amaritudo mea amarissima. Qui nō intelligit: nescit quid hec volunt. Non ego sic: sed scio et sentio: et ideo cātare cum propheta non erubescō. Tibi domi no deo meo loquor: cui omnia sunt nota: qui et scire dedisti et sentire pro bona voluntate tua: me forte plus gloriari: aut aliquid ab insipiente existimare. Quod ergo a te accipit: dicere possis tibi. Et quid opus est tibi hoc dicere: cum omnia scias. nec vllum ex his solacium expectes. Et quale solacium tibi veniret: qui es consolatio desolatorum. Ergo mihi totum prodesse potest. qui verborum ad huc solatio indigeo: vt fruib⁹ bonis et dulcibus excitem affectum meum in te: et faciam refrigerium aliquod desolate anime mee. Etenim cum non possim te videre presentem. lugebo absentem: quia et hoc amoris est indicium: et dulce satis amanti. Jam sensus huius versiculi apparere incipit: quia de anima amante recte scribitur. Quanto enim ardentius amat. quantoq; vehementius eterna desiderat: tanto veratius virtutem huius versiculi in se viuere sentit. Nō sunt frigida verba nisi nō amanti: nec surda organa nisi cor obturanti. Scit amans et flagrans anima: et totiens intra se concalescit cor eius: quoties ex amore eterne pacis cōpungitur. Ipsa ergo dicit tibi domino deo suo: non omnibus quibus ignota esse cupit. Et si hominib⁹ aliquando loquitur. hoc tamen foris est quod illi audiunt: tibi quicquid dicit. intus dicit: et amando magis q̄ sonando. Ecce ait: in pace amaritudo mea amarissima. Ac si cōfiteatur. Postq; ad pacem mentis te largiente rediit: magis mihi grauis esse incipit fallax status mundi. Video enim in hac pace: quantum disiungor a summa pace. Et quidem prius occupata desideriis terrenis et varijs commota passionibus. plurimuz impediēbar ab interioribus meis. et per consequens a contemplatione celestium: pro quibus anxie gemit debui. Et minime potui: quia sensum interi ni doloris per incuriam perdiidi. Jam vero sublati inanium cogitationem tumultibus in pace mentis aliquantulum resideo: et toto cordis desiderio trahor ad superna: et amplius plāgo q̄ bonis celestibus nō fruor: q̄ prius plangebam cum mundi malis cruciarer. Est ergo amaritudo anime mee in hoc mundo degere. sub peccati sarcina incedere: sed hec mihi amarissima sit: cum pro posse meo

recollectis in vnum affectibus. bona iam cordis pace potior: atq; totis medullis amplectus eterne pacis cōmoueor: et tamen propter mortalitatis mee vinculum apprehendere impediōr. Ideoq; cum gemitu ad te clamare cōpellor: et dico. Infelix ego homo: quis meliorabit de corpore mortis huius. Nō sentio grauius onus: q̄ diutius peregrinari a te in seculo: quia in amore laborans. nullam praeter te consolationem requiro. Euidētissima namq; approbatione didici. nō posse animā meam bonis faciri presentibus: nec veram adipisci beatitudinem. nisi tibi coniuncta. celestem acceperit mansionem. Licet enī cessante anxietate flagret. et contēpletur sita in corpore. insatiabilis tamen perleuerat eius affectus: nisi deposito corpore. Idcirco in adoptionem summi boni. et in lumine vultus tui finis eius consummatus. Rex celi sum. me amabilis: o dilecte mi pulcherrime totius desiderabilis. Quando adimplebis me lenicia cum vultu tuo: quando satiabis omne desiderium meum fonte perenni. Situi in te anima mea: et multipliciter affligit te nō adepro. Idcirco in terris viuo et te nondum video: et iste est mihi omne quod cerno. In tantum calescit cor meum. vt non modo semel. sed saepe in excessu meo dicam: quando veniam et apparebo ante faciem dei mei. Rescit adhuc amor et desiderium amplius ignescit: ita vt flere die noctuq; nō essem duz cogito plangere dies: vbi est deus meus. Amanti namq; dulce est pro te flere. dum quod desiderat nō potest habere: sed oportet vtiq; expectare et carere. Ex his fluctibus magis pascitur et confortatur amans anima: q̄ si haberet omnia terrena. Nam si illa diligeret: pro tenuitate sua fleret. Et q̄ beata et tibi placita fustitatio lacrimarum. Siquidem seculari gaudioz ac temporalium cupiditatz petemtrices sunt: et celestium consolationum deuote impetratrices. Propter ea specialium deuotionum et solūmodo amantium est: iste profluuius sanctorum lacrimarum. Alia est ratio lacrimarum his. qui misera necessitate constringuntur. Ille quia morbidus est. ille quia oppressus est: alius quia iniuriā patitur alius quia sue voluntati cōtrahitur. nōnūq; lacrimatur. Sola tu aia deuota diuini amoris lachrymas fundis: pro damnis aut temporalibus et causis transitorijs vero dei iudicio te submittis et gratias agis. Nemo tā

indignus velut insipientē te iudicet aut impatientem. audiens te sentem: quia lacrimae istae non grauant sed recreant: non maculant sed lauant: nec oculis officiūt: que oculos cordis puriores reddere consueuerunt. Sentiant aliq de te quid volunt: non possum ego aliud nisi bene de te sentire: nam et cōsimili opto fletu potari. Si inquit mecum optas lacrimari: poteris et consolari. Utinā esset anima tua pro anima mea: nunq; ignorares quod sentio. Ego scio cui credidi: et certus sum quia facilius est negare celum et terram non esse: q̄ deum non esse. Et scio quidē ipm esse bonum anime mee: et nunq; me beatam fieri posse. sine eius perfecta contemplatione. Cuius contemplatio quia nec dum mihi collata est. neq; perpetue firmata: nimirum plāgo q̄ tanta prius felicitate. q̄ huius vite te nebris inuoluor: q̄ propria sic grauior infirmitate. vt lucem illam non valeam sufficere: et tam exigui sit momenti et tectū nebula: quicquid meditor de celesti gloria. Quapropter plangitum sepe gemitu pro canit: et dum dicitur mihi per singulos dies vbi est deus tuus: magis compūgitur spiritus meus. Penitens enim suspense. Vbi est bonum meum: et perfectum cordis mei gaudium. Vbi pax et requies vera. Vbi hec omnia ineffabilia bona nisi in deo meo. Et quando his perfungar: nisi ei sine medio fuero cōiuncta. Et quādo ibi ero. Credo spero: sed non possideo. Vbi est ergo deus meus quem sic amo et nō dum video: cuius amor me totiens vulnerat. ab sentia contristat. sed et visitatio nōnūq; recreat. Vbi est deus meus: quem semel vidisse est omnia didicisse. Vbi est deus meus: in quem cor meum et caro mea exultare iugiter concupiscit. Vbi est deus meus pro quo tot labores sustineo et dolores: cuius memoria dulcis. sed presentia carior. omnem de corde mesticiam repellit. Vbi est spes mea: et tota gloriatio mea. Nonne in te deus meus. salutare vultus mei. Ostende mihi gloriam tuā et ne auertas faciem tuam a me: et cessabo cōqueri. Si litigo parum tecum. non mihi impropere: amor enim vehemens habet multos modos mirabiles. Expectare cogor: et desiderare magis instigor: sicq; duellū amabile perleuerat.

De memoria celestis patrie. Cap. XXI

Domine dilexi decorem domus tue: et locum habitationis glorie tue. Et si bēter apud te essem bene nōstī deus meus: et q̄ intime hoc desidero: non possum satis dicere. Non solum hoc peto cum mihi male est: sed etiam quātūlibet hic mihi bene sit. Opto tamen vt magis tecum mihi esse liceat. S; quomodo sanificet desiderio meo. Hic esse me tedet et oportet: tecū esse libet et nondum licet. Non video nisi vt patiēter dilationem istam feram: et optionem meā tibi resignem. Quid enim. Abitare volo cum sic oportet fieri. Abstineo. Et multi siquidē sancti diu se sustinuerunt in hoc seculo: quorum tamen corda erant in celo. Et si meam protere volueris peregrinationem: parebo etiā quousq; tibi placuerit. Verumtamen vt cōplacitio sit in expectatiōe sua affectus essendi tecum: volo interim aliquid de mansione celesti meditari tecum. Nō tamen presumo vel minima illa penetrare gaudia. que prepa rasti diligentibus te. sed sparsim modicum quid meditabor vnde affectus meus sepe terrenis pressus et infectus iterum excitatur: et in specie vite eterne subleuetur. Si dies illa illuxisset: quo celi gaudia me rapuissent. Quis tunc forem: et q̄ felicem me putare q̄ vtiq; tūc instabili pace beatus essem. Nec opus foret inde aliquid inuestigare: quando nulla possent secreta latere. Sed in nocte vita mea versatur: et ideo non mirandum: si caligat oculos meos inter nebulas glorie. At tamen leuiabo oculos meos. a longe prospectans. et scientiam illam ciuitatem hierusalem salutans: que construitur in celis viuīs ex lapidibus. angelis videlicet et hominib⁹ sanctis: plena semper existens in laude et canore iubilo: deum sine fine laudando. Eya et age nunc anima mea assumptis desideriis: pennis perge sursum: euola a corporeis sensibus: transiūgra a visibilibus mundi figuris ad habitaculum dei sanctum: ad hierusalem nouam perpetua pace stabilitā. gloria et honore coronatā: et omnium bonorum aggregatione perfectā. Ecce mira et ineffabilia: que non licet homini loqui. Sensus non capit. intellectus nō attingit humanus q̄ gloriosus sit deus in sanctis suis: q̄ mirabilis in maiestate sua. Extende cogitatum tuum vsq; in altissima: dilata desiderium tuum iperpetuas eternitates: et dic cum propheta. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas sancta dei. Vbi quicquid desiderat habetur: et quicquid ha

betur secure possidetur. **I**bi videtur deus facie ad faciem clare et sine enigmate: non rapitum nec horarie: sed sine fine limpide. **I**bi cognoscitur beata et gloriosa trinitas et inseparabilis vnitas: que ab omnibus celi ciuibz adoratur laudatur et benedicatur. **I**bi est ille vnicus dilectus singularis preciosior cunctis opibus thesaurus desiderabilis dominus meus iesus christus ecclesie sponsus immortalis: in quo sunt omnes thesauri sapientie et scientie dei a seculo absconditi: sed ipsis beatis manifesti. **Q**ui iocundi sunt omnes sancti ante faciem sancti sanctorum: qui est causa et origo salutis eorum. **I**bi enim non in pro uerbis loquitur eis: sed palam de patre annunciat ipsis. **I**psa liber eorum verbum in principio apud deum: docens de omnibus et ad implens omnia: ita ut nihil desit eis in gloria. **O** felix sempiterna gloria: que non est de breui memoria: sed in splendoribus sanctorum de dei presentia. **I**bi est et gloriosissima mater dei perpetua virgo maria: totam celestem curiam perornans specie et pulchritudine sua: quam circundant et comitantur virginales turme: tamque flores rosarum et lilia conualium. **I**bi sunt angeli et archangeli in suis ordinibus positi: diuinis laudibus alacriter intenti: quorum alij supremi alij medij alij inferiores secundum tres gherachias. sunt distincti. **I**bi sunt patriarche et prophete: qui de aduentu christi spiritus sancto olim repleti precipuerunt: et nunc ipsum dominum iesum christum regem regum deum verum cognoscunt. ac incessabili laude benedicunt. **I**am vident oculo ad oculum redemptorem suum quem diu expectabant: et corde aduenire desiderabant. **I**bi sunt preclari et omni veneratione dignissimi preces christi apostoli et discipuli domini. sanctitate et gratia pleni: fundatores catholici fidei: sed nunc deuoti intercessores in eterna gloria pro his quos in fide genuerunt et instruxerunt. **I**bi precipue fulget venerabilis baptista christi iohannes amicus sponsus specialis. **I**bi petrus clauiger celestis paulus doctor egregius andreas philippus thomas iacobus et iohannes. cum ceteris apostolis et euangelistis ecclesiarum columpnis. horum fidem tenere et exemplar imitari: ad vitam eternam est peruenire. **I**bi sunt incliti martyres proprio sanguine purpurati et in eternum cum christo beati: quorum licet corpora crudelissime laniarentur: tamen anime

non potuerunt per tormenta a christo separari. **I**bi sunt lucidissimi confessores: qui vitam secularem continentem. celestes fieri meruerunt. **I**bi sunt magni gloriosique doctores per sancte vite meritum alicuius in dei contemplatione suspensi: equibus multi viuente sanctitatis imaginem in suis scripturis relinquerunt. **I**bi sunt iuvenes et virgines senes cum iunioribus nomen domini assidue collaudantes: et quicquid boni ac virtutis vniuersi gesserunt. diuine maiestati ascribentes: semper grati. semper deuoti. semper iocundi semper et accessi: nec vniuersi fastidio pressi. sed iugi contemplatione in deum erecti. **Q**ui gloriosum est hoc regnum. in quo cum christo regnant omnes sancti: amicti stola prima secumque de reliqua. **I**bi iam sequuntur agni quocumque ierit: quia nulla separatio ab ipso erit: sed in eternum gaudentes in domino gaudent. **H**ec contemplare anima mea: et super omnia visibilia tuam cogitationem suspende. **V**ere locus iste sanctus est: et dominus est in eo. **H**ic semper pax et gaudium redundant: hic omnium bonorum affluentia: omniumque malorum perpetua carentia. **O** si posses modicum quiddam de ineffabilibus sanctorum gaudijs rapere. unde peregrinatio tua aliquantisper consolaretur: quia apud me non inuenies nisi labores et dolores. impetus temptationem et luctus seculi. **O** si tibi dignetur aliquid inspirare superni luminis auctor: nec vacuam te remittat ad arescentes escas meas sed secundum diuicias superabundantis gratie sue. ab omnibus materialibus formis te purificet et euacuet: ac in abyssum sue eterne claritatis vel raptum inducat. **V**nam ex illo celesti sanctuario formam et exemplar veris sanctitatis quam imiteris reportes. **M**eliora sunt enim et veriora exemplaria celestium et confirmatorum: quam que terrenis demonstrationibus probantur. **D**a mihi domine deus sapere et intelligere que sit sanctorum perfecta felicitas. non ex codicibus inde scriptis: sed per spiritum sanctum qui docet de celestibus secretis: supra id etiam quam possit humanus attingere sensus. **D**a et vitam meam multo feruentius ad spiritualia eleuare: et inter crebra tribulationum pondera patientie palam fortiter tenere: donec soluto carnalis debito. ad hanc quam desidero beatitudinem tua misericordia valeam peruenire.

De accessu ad sanctum sanctorum iesum christum regem angelorum.

Capitulum.

XXII

Tes ipse rex meus et deus meus. **E**xurge anima mea: veni et ingredere in locum tabernaculi ammirabilis vsque ad domum dei. **D**ecet namque ut ceteris omnis cum supplex reuerentia nunc procedas ad salutandum dominum nostrum iesum christum. saluatorem ac redemptorem tuum: qui est caput omnis principatus et potestatis. gaudium et corona sanctorum omnium: firma spes ac certa expectatio cunctorum fidelium. **I**psa est qui te fecit et redemit: ipse pro te laborauit. certauit et vixit. **I**psa est aduocatus tuus: et propitiatio pro peccatis tuis. **I**psa est consolator tuus: prouisor tuus et gubernator tuus. **I**psa est vnicus et singularis dilectus tuus. qui pacis inter lilia: et inter vbera tua optat comorari. **Q**uis vniuersi tibi tanta bona fecit? **Q**uis tanta charitate te dilexit? **A**d hunc accede: huic te prebe. **A**peri ei cor tuum: et enutera coram illo quecumque diu celata portasti. **N**emo tibi melius indicabit nec reuelabit quid spei vel consilij sit gerendum in rebus humanis: que tot variantur euentibus. **A**pud ipsum vota et desideria tua: et in ipso consilia tua permanant. **S**pes hominum frustra: ipse autem est stabilimentum pacis. **P**er ipsum habemus accessum ad patrem: et ab ipso omnis gratia tibi donatur: et virtus amplior infunditur. **S**ine tristeris siue gaudeas: ad ipsum habemus semper recursum. **I**psa est specular vite: ipse norma iusticie. **I**psa lux indeficiens anime: amor pudicie. et gaudium conscientie. **P**ropter ipsum facilius omnia delectabilia contemnes: propter ipsum omnia amara et contraria tollerabilia erunt: et placebunt tollenda eius amore. **D**enique ex ipso et per ipsum et in ipso sunt omnia. **A**d ipsum principaliter omnis intentio. omnis actio. sermo. lectio. oratio. meditatio. et speculatio respicere debent. **P**er ipsum tibi salus datur: et preparatur vita eterna. **P**ropter ipsum non timebis mortem: nec recusabis viuere. quia eius fidelitati debes te credere: nec ei? honoris vel amoris quicquam preponere. **A**ccede ergo nunc: et gratias age tuo redemptori. **O** dulcissime et super omnia amantissime iesu. sis deuotissime salutatus: et nunc et eternaliter ab

omni creatura benedictus. **O** dignissime iesu quod honoris vniuersi reperiam. aut quod gratiarum actionem reddam tibi: qui mihi infinitas misericordias exhibuisti? **E**t si aliquid inuenirem quod tibi donare possem: donec tuum esset antequam darem? **P**arum vel nihil habeo. **N**unquid de nihilo sacrificare possum? **A**ccipe tamen sacrificium humilitatis paupertatis et humilitatis mee: et sit totum tibi ascriptum: quicquid mihi impartiri voluisti. **D**icant et pro me laudes immensas omnes angelorum chori: tibi semper assistentes. **D**icant et omnes spiritus iustorum: alta iubilatione ad ipsum repetentes. **S**ed adhuc quid agam in memoria et laudem sanctissimi nominis tui? **M**ulta deberem agere: multis teneor: et obligor: et vix ad minima sufficio. **L**egam igitur de te iesu mihi dulcissime: scribam de te. cantem de te. **C**ogitabo de te. loquar de te: operabor pro te. patiar pro te. **E**xultabo in te laudabo te: magnificabo te. glorificabo te. **D**igne adoro te quia deus meus es tu: in quem credidi quem amavi quem quesui. quem semper optaui. **F**ac mecum signum in bono: ut videant oculi mei speciosum vultum tuum in celo. **A**d pedes tuos humiliter inerte me prosterno: deprecans obnixam tuam clementiam cum lacrimis: quatenus mihi misericors esse digneris. **S**cribe nomen meum in libro vite: nec vniuersi illud deleatur quod sancta manus tua conscripsit. **E**go infelix et sanctorum meritis valde dissimilis. de tua superabundanti prerogatiua meritorum confidens implozo: ut saltem inter infirma et extrema electorum membra merear computari. **S**cio quia non est talis vita et conversatio mea. ut confidere aliquid de me ipso audeam: sed tota spes et consolatio mea in precio precioso sanguinis tui constat et requiescit: in quo me totaliter pono. et ponendum sentio: cum omnibus que egi deliqui merui et obmisi. **U**nde ergo exiguitatem et indigentiam meam clementissime iesu: attende affectum cordis mei quem ad te gero et habeo: non quia ego dignus sum. sed quia tu benignus es: qui ab indignis non dedignaris tangi et amari. **T**erret me impuritas mea: iterum me trahit et allicit ad te maxima pietas et humilitas tua: qui non solum homo fieri: sed etiam pro homine peccatore pati mortem et sepeliri. in vera charitate sensisti. **I**te ad te confugio: quia nihil boni in me inuenio. **T**u supple pro me: quod minus valet vis mea

perficere. Tu desiderium mihi tribuisti. ut te salutarem laudarem atque benedicerem: quia spes mea tu es: et portio mea in terra uiuentium. Desiderium anime mee est esse tecum in regno celorum: sed quia tempus meum nondum est paratum: expectabo te usque ad uesperam. Interim hec mihi sit consolatio in loco peregrinationis mee: quod memor sum nominis tui et maxime charitatis tue: et quod presentem te habeo in fide et sacramentis ecclesie. Intollerabile mihi proorsus foret in hoc mundo uiuere: nisi spem haberem in te domine. Non enim consentio cum seculo gaudere: et ne sine consolatione et gaudio manerem: in te statui gaudium meum ponere. Multum sepius errarem et multum in cogitationibus fluctuarem: nisi te in memoria mea et in imaginatione mea tenerem. Et quia diuinitatis tue altitudinem capere non possum. nec in corpoream ueritatem comprehendere sufficio: tutius me ad sancte humanitatis tue gesta et uerba conuerto: quia hec cogitas non omnino a diuinitate tua recedo. Gratias tibi iesu bone dulcis et amande: quia frater meus os meum et caro mea fieri dignatus es. Gratias et sancte marie matri tue: de cuius uirginea carne sacrosancta corporis tui membra assumpsisti: ac mediante anima rationali perfecte diuinitati adunasti: ut ipsa non tantum hominis sed et dei mater digne ac fideliter appellaretur.

De processu ad salutandum uirginem gloriosam.

Capitulum.

XXIII

Istius regina a dextris tuis in vestitu deaurato circumdata amicta uarietatis. Quis nullius sum meriti sed multorum delictorum conscius mihi: est tamen pergrandis fiducia mea passio tua domine iesu: et meritum gloriose uirginis sancte marie matris tue de qua parum cogitare nunc libet: et queso ut liceat. Quis enim ego sum ut audeam propius accedere: nisi licentia prius postulata? Scio indignitatem meam in eius singulari reuerentia non de-

bere apparere: quam nimirum angelus uenerantur cum stupore dicentes. Que est ista qui ascendit de deserto mundi. delictis affluens paradisi? Idcirco o predulcissima maria. ne quaquam mihi conuenit tuam gloriam et honorem. tuam pulchritudinem et magnificentiam considerare: quoniam terra super et cinis. immo terra uilior et cinere: quia peccator sum et ad omne malum procliuus ualde. Tu autem celo celsior facta. mundum sub pedibus habes: et propter honorem filii tui omni honore digna existis et reuerentia. Attamen ineffabilis pietas tua que omnem cogitatum excedit. affectum meum ad te trahit et allicit: quia tu es utique solamen desolationum: et tu miseris peccatoribus libens subuenire consueuisti. Ego quidem omnibus bonis consolationibus et confortationibus. et maxime gratia filii tui me egere sentio: nam me ipsum nullatenus iuuare sufficio. Tu autem piissima mater. si meam paruiter dignaris attendere: multis me potes subleuare auxiliis: atque uenerabilibus consolationibus inter pressuras refovere. Cum ergo aliqua pressura vel tentatio ne fuero circumuentus: cito mihi et sine trepidatione ad te est recurrendum: quia ibi propius misericordia: ubi amplius redundat gratia. Quod si forte aliquando libet speculationi excelsae glorie tue intendere. atque honorifice te ex intimo salutare: longe puriori me oportet corde procedere: nec sine superni luminis ductu mihi expedit proficisci. Vere non est illi gloria: sed digna reddenda confusio: quod quis irreuerenter ad tuum presumpserit osium accedere. Oportet autem accedentem summa cum reuerentia et humilitate procedere: bona tamen spe simul iuncta: quatenus tua miserante clementia dignus sit admitti. Humiliter ergo ac reuerenter deuote et confidenter ad te procedo: gabrielis portans in ore salutationem tibi suppliciter offerendam: quam et inclinato capite ob tui reuerentiam. et expanxis manibus ob eminentem deuotionis affectum lete represento: atque eadem cunctis milles et multo amplius ab omnibus celestibus spiritibus pro me dici peto et exoro. Nam quid dignius et dulcius pro presenti offeram proorsus ignoro. Ausculta itaque tunc sancti nominis tui pius amator. Cum gaudet. stupet omnis terra. cum dico Aue maria. Satban fugit infernus contrahit: cum dico aue maria. Mundus uilescit caro mar-

cessit: cum dico Aue maria. Abcedit tristitia uenit noua leticia: cum dico aue maria. Torpor euanesce: cor ex amore liquefit: cum dico Aue maria. Crescit deuotio oritur compositio: spes proficit: augetur consolatio: cum dico Aue maria. Recreatur animus et in bono confortatur eger affectus: cum dico Aue maria. Siquidem tanta est suauitas huius benedictae salutationis: ut humanis non possit explicari uerbis: sed semper manet aliorum profundior: quam omnis creatura indagare sufficiat. Propterea iterum flecto humiliter genua mea ad te sanctissima uirgo Aue maria et dico. Aue maria gratia plena. Suffice peccentissima domina mea sancta maria hanc deuotissimam salutationem. tunc in ea suscipe: ut aliquid habeam quod tibi grate placeat. quod mihi fiduciam ad te prester. quod maiorem semper amorem accedat: ac in iugi deuotione tui uenerandi nominis conservet. Utinam ad satisfaciendum desiderio honorandae salutandi te ex totis precordiis meis: omnia membra mea modo uerterentur in linguas. et lingue in igneas uoces: ut modum inuenirem glorificandi te dei genitricem in eternum. Utinam adhuc pro omnibus peccatis meis quibus iram merui et grauissime filium tuum contristauit: te quoque et omnem exercitum celi sepius in honoraui et offendi: hanc suauissimam gabrielis salutationem reddere ualeam. tanquam sanctam et puram orationis hostiam: omnium commissorum meorum expiaticem. Utinam quoque cum nimis fragilis et labilis sit uita mea: per uniuersos excessibus et negligentis meis. pro omnibus etiam cogitationibus uanis. immundis et peruersis. omnes beati spiritus et anime iustorum purissima deuotione et ardentissima deprecatione dicant tibi o beatissima uirgo maria ac centupliciter in honore tuo altissimam hanc salutationem replicent qua pater et filius et spiritus sanctus te primum per angelum suum statuit salutare: quatenus sic aliquomodo reperiam incensum dignum in odorem suauitatis: qui nihil bonitatis et digne recompensationis in me reperio. Sed et nunc in presentia tua prostratus et sincera deuotione inuitatus: atque torus in ueneratione altissimi nominis tui accensus: presentio tibi leticiam salutationis istius: quando gabriel archangelus a deo missus. secretarium thalami tui est ingressus: et flexis reuer-

ter genibus. noua et inaudita a seculo salutatione. tuam uirginalem faciem honorauit et dixit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus et benedictus fructus tu in mulieribus. et benedictus tu in mulieribus. et benedictus fructus tu in mulieribus christus Amen. Hec est salutatione angelica: spiritus sancti institutione formata: tue maxime dignitati et sanctitati congrua. Hec est oratio parua uerbis. alta mysterijs: breuis sermone lata uirtute: super mel dulcis et super aurum preciosa: ore cordis iugiter ruminanda. labijsque puris frequentissime legenda ac repetenda. Nam uerbis paucissimis contextitur: et in latissimum torrentem celestis suauitatis diffunditur. Sed ne fastidiosus uel in deuotionis uagis orationibus aurea uerba non ponderantibus nec mellea pocula gustantibus: qui totius dicunt Aue maria sine attentione et reuerentia. O dulcissima uirgo maria: custodi me a tam graui negligentia et desidia: et tribue ueniam de transacta iam culpa. Ero ammodo deuotior: seruientior et attentior: in dicendo aue maria: siue in choro siue in cella: siue in oratorio siue in agro. aut quocumque locorum fuero. Et hunc post hec quid petam a te domina mea charissima? Quid melius quid ue uilius. et quid tam necessarium mihi indigno peccatori: nisi ut inueniam gratiam coram te et dilectissimo filio tuo? Peto ergo gratiam dei te interueniente et impendente: que teste angelo apud deum plenitudinem gratie inuenisti. Nulla charior petino est: nec ulla re plus indigeo quam gratia et misericordia dei. Sufficit mihi gratia dei: ceteris non obnoxius. Quid est enim omnis conatus meus si ne illa? Quid item impossibile. ea assistente et iuuante? Habeo multas et diuersas animi egreditines: sed diuina gratia efficacissima medicina est contra omnes passionem: et si diuine aduenit. mitigabit uniuersas. Habeo quoque inopiam spiritualis sapientie et scientie: sed diuina gratia summa magistra est et doctrix celestis discipline: que repente in cunctis necessarijs me sufficit instruere. Nam ultra necessarium aliquid petere. aut preter licitum aliquid uelle scire: bec ipsa gra-

na dissuadet: sed humiliari sub se. et contentari se ipsa monet et docet. Haec igitur mihi impetra gratiam clemens virgo maria: que tam nobilis est et preciosa: ut merito aliud nihil desiderare debeam aut petere. Quod gratias pro gratia.

De consolatione piissime matris virginis marie.

Capitulum.

XXIII.

Infusa est gratia in labijs tuis. **E**ya obsecro te domina mea: vel nunc parum loquere mecum sancta Maria. **A**peri os tuum in nomine dilecti filij tui: qui te benedixit in omni gratia spirituali. **G**lorie marie. **E**go sum inquit mater misericordie: plena charitate et dulcedine. **E**go peccatorum scala: reorum spes et venia. **E**go meorum consolatio et scilicet spalis leticia. **T**ransite ad me omnes qui diligitis me. et ab vberibus consolationum mearum adimplemini: quia pia sum et misericors omnibus inuocantibus me. **V**enite omnes iusti et peccatores rogabo pro vobis patrem: rogabo et filium: ut repopicietur vobis per spiritum sanctum. **O**mnibus inuito, omnes expecto, omnes venire desidero, nullum peccatorem despicio: sed super penitente peccatore etiam cum angelis dei magna charitate congaudeo: quia non perit preciosus sanguis filij mei effusus pro mundo. **A**ccedite ergo ad me filij hominum: attendite et videte zelum meum pro vobis ad deum filium meum ihesum christum. **E**cce ego iram eius in me suscipiam: placabo illum precibus sedulis: quem vos offendisse cognoscitis. **C**onuertimini et venite: agite penitentiam: et impetrabo vobis indulgentiam. **E**cce ego sto inter celum et terram, inter deum et peccatorem: et ne mundus iste pereat precibus meis obtineo. **N**olite ergo ab uti misericordia dei et mea clementia: sed omnem cauete offensam: ne subito super vos redeat indignatio et intollerabilis vindicta. **P**remunio filios meos: obsecro dilectos meos: estote imitatores filij mei: matres vestre. **R**ecordamini mei: que vester non possum obliuisci. **E**go enim sum omnium miseriorum miseratrix: omniumque fidelium piissima aduocatix. **D**iscipulus. **Q**uod gratiosissimum verbum: omni celesti dulcedine plenum. **V**ox sublimis de celo

rorans suauiter influens: peccatores consolans. et iustos lenificans. **O** celestis fistula: quod dulciter resonans in desperata conscientia. **E**t vnde mihi ut alloquatur me mater domini mei: **B**enedictum tu mater sanctissima: et benedictum eloquium oris tui: nam mel et lac sub lingua tua: et odor verborum tuorum super omnia aromata. **A**nima mea liquefacta est: ut locuta es o maria. **E**cce ut facta est vox consolatoris tue in auribus meis: exultauit in gaudio anima mea. **R**euiscit namque intra me spiritus meus: et omnia interiora mea gaudio nouo perfunduntur: quoniam bona et iocunda per te mihi hodie nuntiata sunt. **T**ristis eram: sed nunc gaudeo propter vocem tuam. **G**lorie enim tua dulcis in auribus meis. **G**rauius eram et desolatus: sed nunc releuatus sum et confortatus. **A**uisti enim manum tuam de alto et tetigisti me: conualuique de infirmitate. **V**ix loqui poteram: sed nunc libet etiam cantare. et gratias tibi magnifice agere. **T**edebat vivere: sed iam nec mori timet: quia te aduocatum apud filium sciens pro mea causa teneo: cuius misericordie me commendo et hac hora et deinceps omnimomento. **E**x quo enim locuta es ad cor: desolati orphani tui. repente mutatus sum in melius: et valide interius recreatus. **Q**uod modo desperatus iacui: sed accessit consolatio tua: meque erexit cum iocunditate dicens. **G**lorie marie. **Q**uid est filius: qui sunt qui volunt nocere tibi? **N**oli timere: ego videbo pro te fili mi. **Q**uoniam ego et uiuam filius meus iesus frater tuus. qui est ad dexteram patris: fidelis utique pontifex et intercessor: pro peccatis tuis. **I**n ipso sume sperare debes: quia ipse est dator vite et destructor mortis. **E**x me temporaliter incarnatus: ex patre eternaliter genitus: toti mundo in salutem datus est. **E**cce vnde spes et consolatio: et per quem fides et victoria. **S**it ihesus et maria in tua semper memoria. et non timebis inimici iacula. **D**iscipulus. **Q**uod felix hora: quando tribulato cordi meo adesse dignaris o piissima. **G**lorie marie. **S**i esset longior mora ad audiendum verba tua consolatoria: nam vehementer me accendunt et afficiunt: quando ex intimo me tangunt et instruant. **B**eata vbera tua diuina maria: que nunquam cessant dulcissimum consolationis lac fluere. **N**am per vbertate gratie latentis olim pueri tui dilecti ihesu. non potest innata tibi misericordia

am denegare postulati: sed gratiam sepe exhibes etiam in multis delinquenti. **O** mater summe pietatis: maxime miserationis et charitatis. **O** virgo incomparabilis: omnibus amabilis et venerabilis. **O** genitrix singularis ex te nati filij dei: sed et totius christianitatis mater generalis: ac cuius pro sue deuotionis affectu valde cordialis et specialis. **O** virgo virginum. regina mundi et domina angelorum: trahere me post te: ne iacere maneam sub onere peccatorum. **E**ffunde gratiam. rorem saluificum de celis ministra: ut veraciter merear sentire: quia tu es mater gratie: et fons patens misericordie. **G**lorie marie. **E**go sum mater pulchre dilectionis. casti et sancti timoris: pie allocutionis et suauissime consolationis. **A**udito ergo nomine meo. exulta in toto corde tuo: inclina reuerenter meque saluta libenter. **N**am honorato matrem: honoras et filium qui deum habet patrem. **E**go enim sum maria mater ihesu: et hoc nomen mihi in eternum manebit. **I**hesus autem quid? **C**hristus filius dei viui. **H**ic est saluator mundi: rex celi et terre: dominus angelorum ac redemptor fidelium: iudex viuorum et mortuorum. **I**pse est spes piorum. consolatio deuotorum. pax mansuetorum: diuitie pauperum gloria humilium. fortitudo debilium: via errantium. lumen cecorum. baculus claudorum. vincitio andorum: leuamen oppressorum. iuuamen tribulorum: et omnium bonorum singulare refugium. **B**enedic filium cum matre: et eris dilectus a patre. **D**aei honorem gloriam: quatenus mihi aliqua exhibueris reuerentiam. **E**i gloria mea leticia: et mea laudatio eius est veneratio. **P**oneme et ihesum sicut signaculum super cor tuum: sicut signaculum super brachium tuum. **S**tans igitur aut sedens. orans aut legens: scribens aut operans: creber in ore. semper autem in corde ihesus versetur et maria. **D**iscipulus. **E**ya amen. **S**eruiat tibi omnes populi tribus et lingue: et incuruetur ante omnes creature. **C**elum dicat. gaude maria: terra respondeat. **A**ue in eternum et ultra. **C**onfiteatur simul omnes sancti nomini tuo magno: et exultent omnes deuoti coram te et agno ihesu christo filio tuo domino nostro. **A**men. **D**e reddedis gratias per acceptis beneficiis. **Capitulum.**

XXV.

In nomen domini benedictum in secula. **S**eruiat tibi domine deus quicquid ago lego et scribo. omne quod cogito dico et intelligo. **A**te incipiat. et per te et in te omne opus meum finiatur. **Q**uod dedisti hoc recipere: et vnde flumina exeunt. illuc reuertantur. **N**unquam melius mihi manet nec unquam dulcius sapit: quam cum totum tibi sincere retribuam: quicquid rectum a me gentur aut cogitatur. **O**pro gratias agere: sed tunc veraciter ago: si totum tibi nihil mihi dedero et omnibus datus et acceptis. **Q**uid iniquas possum retribuere malis et piger seruulus? **N**ihil est seruitiū meum: etiam si fecero omne quod iussisti. **P**ropterea ad nihil redactus sum: et in veritate humiliatus. **B**onum mihi quia humiliasti me. ut tu solus iustificeris: tu solus lauderis ab omnibus: nec unquam gloriatur in se pulvis vilissimus. **V**eritatem desistere nolo: sed laudare te cupio corde et ore: quia si digne non possum perficere: indignus tamen est omnino simile. nec recognoscere. **L**aus mea deus meus tu es: in te can ratio mea semper. **O** qui parum sentiret de gloria tua. et quid est in te gloriari: quam nihil duceret quicquid blanditur ne externa gloria. **O** qui parum separaret de dulcedine tuarum: quanto illi amaresceret omnis delectatio terrenarum. **O** quantum ferueret qui paruam scintillam charitatis tue haberet: nam omnia libentissime contemneret: ut tuo amori inherere liceret. **E**t vere totum illi suauiter ac leuiter esset: quicquid pro amore tuo agere vel pati posset. **O** quantum exultaret. quam vehementer post te curreret: memor omnium bonorum tuorum. **N**ihil charius quereretur. nil beatius possideretur. nil sequeretur avidius: quam quod amori tuo seruiret. **E**t enim amando onus non sentiret: quia amor omnia onera portaret. **E**t ideo qui de onere conqueruntur: exiguos se in amore testantur. **E**x amore tibi seruire. iocundissimum est et laboris solamen. **A**mor non respicit ad proprium commodum: nec vere se pati incommodum: sed tuum querit in omnibus beneplacitum. **O** quam dulcis res est amor tuus christe: quam bene sonat quam suauiter intrat: quam foriter tenet et stringit. **U**tinam me seruitiū tu perpetue obliget: totaliter capiar totaliter tibi subiciat: et proprium tuum me tibi faciat. **T**unc enim maxime liber sum cum ab amore tuo captus sum: et omni proprietate priuatus et alienatus. **S**eruus tuus ego sum deus

mine: tuus inquam quia emisisti me. **L**iber sum: tuus: et non pudet me proprium tuum esse. **S**olo me ipse esse: tu iuuas ut possim ab omni propioritate liberari. **T**u consilia et accende: suscita igniculum et estuabit cor meum: fietque purum clarum et amenius: quia amor tuus frangat omne vitium: et consumit omne peccatum. **T**u tene amoris vinculum et stabit meum pauperculum seruitutis. **N**ec ignoro quia nihil tibi confert meum seruitutem: sed mihi tamen proficit: si ago quod tibi gratum esse noui. **U**tinam faciam et non sciam: dicam et non abscondam opera tua. **Q**uando enim digne sufficiam excogitare omnia illa beneficia: que mihi indigno contulisti. **M**agnam misericordiam domine cum seruo tuo fecisti: sed ego pro cholo: non retribuui grates sic digne meruisti. **I**deoque me tenent pene et dolores cordis: quia non possum respondere beneficiis tuis tam multis et tam magnis. **U**tinam vel semel digne et integre pro omnibus his queam tibi re gratia: ri. **S**ed in quo nihil est. quid de illo exire potest? **U**as nansque vacuum. nil habet ad propinandum. **Q**uid ergo faciam? **D**are me aliquid oportet: quia vacuum apparere coram te non licet: nam et omnis ingratus tibi displicet. **S**i habere aliquid in toto mundo quod tibi dare: et gratum foret oculis tuis. **Q**uid vis habere dilecte domine? **B**onorum meorum utique non eges. **L**ux ergo exigit a me datum? **N**emo ditiore te et adhuc aliquid postulas a me? **U**olo inquit totum habere. **N**am tibi hoc expedit. si vis gratiam meam mereri. **E**go dabo gratiam: et tu reddes gratiam et sic tenebimus pariter iugem charitatem. **D**a te mihi: et totum dedisti. **I**esu fons omnis boni. fons vite. fons gratie: fons dulcedinis: fons eterne sapientie: infunde nunc pif sine donum celestis gratie: et doce me tibi sp gratias agere. et memetipsum ante omnia tibi dare: quia hoc est carius quod possum tribuere. **S**entio hoc: et consentio. **A**ccipe me: ecce tuus sum totus: et oia mea tua sunt: vnus est quod non possum tribuere tibi. **Q**uid hoc? **P**eccatum meum quod mihi proprium est: et ideo tibi imputandum non est. **D**eum est peccatum. et omnis defectus in me reperi bilis mihi soli attribuendus: tibi autem gloria et gratiarum actio pro omnibus beneficiis tuis. **S**ed iam ad memoranda beneficia tua ex multis pauca mihi recolligo: et que amplius mouent: et eminent. **N**am omnia perfru-

tari nec ipsis patitur: nec cogitatio preualet. **E**xcedit enim numerositas modum: et magnitudo obruit sensum: sed et dignitas non habet precium. **N**am enim non possunt: quia gratias dantur: et ideo pro eis tibi grates requiritur: alioquin ab ingrato omnia auferentur. **P**rimum igitur gratias ago tibi domino deo meo creatori omnium et me hominem rationalem dignatus es creare: et super opera manuum tuarum finem animam ad imaginem tuam et similitudinem factam constituere. **M**agnam hoc primum beneficium gratia bonitate donatum mihi: neque enim meipsum ego feci: sed tu me fecisti: introducens me in orbem terre per parentes quos tibi in hoc seruire uoluisti. **E**t ecce melior sum omni corpore. prelatus omnibus bestiis et uolantibus celi: quia ad imaginem dei factus: eterne sapientie capax: cordis increate et ueritatis incor mutabilis sum naturaliter particeps. **P**ro omni igitur quod sum uiuo et sapio. gratias tibi perpetuas refero: optans et petens ut omnes simul creature que in celo sunt et in terra. nomen tuum laudent ammirabile et super exaltatum in secula. **B**enedico te pater domine celi et terre: qui omnia creasti et nichilo per unigenitum filium tuum in spiritu sancto. **E**x pura et libera voluntate non aliqua necessitate creasti omnia: ut notam faceres filiis hominum potentiam tuam: et mundum hunc uisibilem optime disposuisti per inuisibilem sapientiam tibi coeternam. **B**enedicant te oes creature tue tibi in cunctis subiecte: et humano generi ad ministerium condite. **N**am te iubente celum pluuias congruis dat temporibus: et terra fructus affert plurimos. **L**ucent sol et luna clare super terram: stelle girant noctibus per ordinem. **F**ontes scatent. fluunt riuus: natant in undis pisces generis diuersi. **U**olant cantant aues celi: saluant in montibus capre hynuli et cerui. **O**ues et iumenta ad bona gaudent pascua: currunt per nemora diuersa animalia. **P**raesta virent. campi florent: et omnia ligna siluarum ramos fructusque produciunt. **H**ec sunt opera tua deus: qui facis mirabilia magna solus. **S**cdm beneficium mihi exhibitum est misterium incarnationis: opus redemptionis. et precium salutis nostre: fructus uitae passionis tue et mortis. **M**agnum pietatis opus: opus excellentissime charitatis. sum me humilitatis et patientie singularis. **H**oc homo non meruit. hoc angelorum nullus fa-

dere potuit: hoc prophete mirate sunt: hoc apostoli uiderunt et docuerunt: hoc fideles omnes susceperunt: hoc maxime electi diligunt et recolunt. **H**oc beneficium bene cogita: tum excitat desideria. inflammat corda: nutrit deuotionem. illuminat mentem. purgat affectum: trahit ad celum retrahit a mundo. ducit ad christum. et unit animam christo. **S**uperabundat donum istud dono priorum. vnus tamen qui vtrumque dedit et fecit iesus christus ois deus noster. **N**ihil enim mihi nasci profuit in mundo: nisi et redimi profuisset dato sanguinis precio. **S**ubuenit ergo mihi gratia. excreuit diuina misericordia. et facta est copiosa redemptio: nam uiciata natura absque creatoris non potuit reparari auxilio. **P**ater misericordiarum et deus totius consolationis: ut damnatum seruum redimeres filium tradidisti. **M**ira circa nos tue pietatis dignatio: quam explicare non ualet mens humana nec angelica ratio. **O** dulcissime ihesu principium nostre salutis et finis: tu solus nosti quod solus potuisti conferre opem miseris et damnatis. **N**am in humilima et abiecta forma serui apparere dignatus es hominibus: et pro mortalibus uermiculis sententiam dire mortis sola miserante charitate libenter suscepisti. **O** ihesu fons bonitatis et pietatis. lux lucis eterne. et speculum sine macula dei maiestatis: accende cor meum meditatione huius ineffabilis beneficii: quod mihi et toti mundo exhibere uoluisti. **G**enerale quidem hoc beneficium sicut et plurimum: omnibus sufficiens ad salutem. sed non in omnibus tamen efficiens fructum: propter multorum infidelitatem et malitiam. **E**lectis autem omnibus salutare est et proficuum: propter quos omnia creata sunt. et per te ihesu christe recreata. **O** bone iesu quanta nobis beneficia in humanitate tua prestuisti. **F**ac es frater noster et caro nostra. ut filij dei computaremur: et per te accessum haberemus ad patrem: cuius offensam placare nemo dignus fuit: nisi tu de quo ipse ait. **H**ic est filius meus dilectus: in quo mihi bene complacui. **F**elix anima que sacramenta nostre redemptionis studiose recollit: affectuose diligite. digne ueneratur. et pro omnibus tibi gratias agit: ac tuo consilio plusque suo sensui credit. **N**am hoc misterium non est quicquam idoneum per se inuestigare: nec humana attingitur sapientia: sed fidei potius firmitate. ac puri cordis

intuitu desuper illustrato. **B**eatus qui meretur accipere per gratiam: quod mundi sapientes non potuerunt cognoscere per naturam. **I**esu sapientia patris: fac me intelligere in luce fidei hoc magnum et mirabile misterium tue incarnationis: quia in illo totius nostre salutis latet dulcedo: abundat maxima charitas. et inscrutabilis sapientie tue plenitudo choruscet. **P**roficiat seruus tuus per augmenta uirtutum et bonarum studia actionum: ac magis magisque in hoc memoriali incarnationis archano. cum sacre passionis profundo instruiatur. atque totus in tua intima pertrahatur. **P**rofunda admodum abyssus et diuinum quoddam pelagus. tante charitatis tanteque dignationis exhibitio. quod transnari non potest: in quo natant et renatant spirituales pisces parui et magni: quos intra retis fidei cepisti. **A**stutiar igitur in recordatione mea tanta charitas et dulcedo: tanta humilitas et mansuetudo: et in omni orationis sacrificio ac meditationis exercitio occurrat et immisceatur aliquid de incarnationis passionisque misterio: tanquam lucidissimum thus et suauissimum balsamum in odorem suauitatis deo patri offerendum. **D**icant nunc mecum qui redempti sunt a domino quos redemit de manu inimici canticum diuine laudis: et hymnum mentalis iubilationis cum gratiarum actione perfoluant. **E**t omnes angelus stantes in circuitu throni procident in facies suas: et adorent agnum dei qui abstulit peccata mundi dicentes. **T**e decet laus et honor domine. **B**enedictio et claritas gratiarum actio et vox laudis. fortitudo et imperium: maiestas et sapientia tibi domino deo nostro iesu christo in secula seculorum Amen. **T**ercium beneficium prioribus non inferius est gratia iustificationis: qua me clementer ad conuersionem et uite emendationem traxisti: donans penitudinem peccatorum. spem uenie. et propositum bene agendi. ac imperpetuum tibi seruiendi. **H**oc clare considerans beatus Paulus adhortatur discipulos suos. ne datorum beneficiis sint ingrati: sed ut memoros celestis gratie dignas superne uocationis laudes studeant referre. **V**idete inquit uocationem uestram fratres: quia non multi sapientes. non multi potentes: sed que infirma sunt mundi elegit deus. **I**n me hec confidero qui contemptibilis et inuulvis hunc mundo. tua sancta uocati-

nione ereptus sum de ipsius naufragio: et ad
seruicidū tibi etiam tuo merui sociari colle-
gio. **N**e retro iterū abirem: voto me spon-
te costringi. **Q**uod utiq; nō meis meritis: s;
tue deputo pudentie. **D**e quo te magnifice
laudo et bñdico, quia dignat^r es me vocare
p gratiā: dās mibi voluntatē bonā et abijciēs
a me peccatorūz fardīā. **N**am et suauis iugo
tuo me subieciisti: emolliens mentem: meam
vinctōis spiritus tui: quem mundus nescit
nec videt nec sapit. **C**ustodi hanc voluntatē
misericors dñe: in super adauge dona gratie
q̄dū sum in hac visibili luce. **S**entio voca-
tionem istam magnum fore beneficiū: quod
non omnibus datur. sed quibus paratus est
a patre: quia non est volentis neq; currentis.
sed misericors dei: vt omne os loquens ina-
nia obstruatur. et totus homo tibi subiectus
sit. et non gloriatur omnis caro in conspectu
tuo: nec sibi quicq; deputet de proprijs meri-
tis vel operibus bonis. **N**am si fm iusticiāz
mecum agere voluisses: iā deputatus essem
cū his qui in inferno sunt. **S**ed peperit mi-
hi pietas tua dñe: atq; locum tribuisti indul-
gentie: ne similis fierē filio perditionis. **M**a-
gnas igitur tibi teneor laudes reddere pro
tam magnifico beneficio: et vtinam dignis
respondeā vocibus et moribus cunctis vite
mee tēporibus. **O**bscuro autē vt pro gratia
rumāctione acceptēs meū pauperculum ob-
sequium. quo tibi seruire cupio et ex charita-
te debeo. et vt debitum seruitutis mee radi-
caliter procedat ac finaliter tendat ad tuum
beneplacitum et honorem: nec vnq; cor meū
a tua dilectione auertatur: sed anima mea et
corpus meum pariter vigeant et perseuerent
iugiter in sanctissimo seruitio tuo: q̄dū spī-
tus est in visceribus meis: et compos mei ip-
sus sum et tui recordari possum. **N**unq; ces-
set laus tua ex ore meo: et abundantia bene-
factorum tuorum nō recedat de corde meo.
Quod si seruus tuus multis annis vixerit. da-
to etiam q̄ centum aut mille annis esset vi-
cturus: non erit ppter ea tepidus vel perter-
ritus in humilitate et subiectione tibi famula-
ris: sed ita deuote et voluntarie tibi in omni-
bus deserviam. sicut ea hora: die quādo pri-
mum cor meum a te ammonitū est et confir-
matum: vt te dñm solum pura et integra mē-
te sequeretur. **N**ec huic proposito obstabit
aliq; infirmitas seu aduersitas intercurrentis:
sed sicut nunc sentio. et te deo meo audiente
propono: ita quoq; quod semel egressum est

de labijs meis. te adiuvante cupio adimple-
re. **S**in xpo per aliquam fragilitatem vel ali-
quā culpā hec voluntas fuerit contracta.
quia non est homo super terrā sic iustus: qui
vivat et non peccet: adhuc non diffidam nec
te dimittam: sed innox incuruabo genua cor-
dis mei cum multa contritione et lacrimis of-
ferendo tibi tristēm et lautiam conscientiam
meam. ad sanandum eam medicamēto gra-
tie tue: et ad alligandum multo fortius ppo-
situm. q̄ antea fuerat constitutum. **N**on me
penitebit boni incepti: immo gratias agam
quia hoc a te vel semel merui suscipere: q̄ tibi
consensu eternaliter militare. **P**otens es au-
tem omnipotēs et misericors dñe. qui me de
nihilō creasti. quiq; hominis infirmitatem e-
casum ab initio prenosisti. omnia pmissa mea
mibi benignissime dimittere. ac instaurare
omissa: perditā restituere. liuida curare. for-
dida mundare: tenebrosa illuminare. tumi-
da inclinare: extincta reaccendere. contracta
reedificare. neglecta recuperare. praua corri-
gere. aspera complanare: curiosa restringe-
re. vaga colligere. inordinata componere:
ac totum statum mentis mee in melius com-
mutare: ita vt iam nil desit de priorū propo-
siti: sed etiam omnis occasio mali cooperetur
mibi in melius tibi humiliter prostrato: hec
est mutatio dextere excelsi: hec est visitatio
celestis: hec est multiplex collatio diuine pi-
etatis. **A**ccepe etiam pro gratiarū actione cum
cta sancte ecclesie deuota seruitia: cum vna:
nimi concentu totius celestis curie. **E**t om-
nes sancti ab origine mundi qui per gratias
tuas illuminati sunt et vocati: omnes quoq; fi-
deles et xpiani in omni populo et tribu et lin-
gua et natione. qui vsq; hodie sunt. et aū nos
fuerunt. et post nos erunt pariter celebrent et
collaudent dulcissimū atq; gloriosissimū
nomen tuum: quod est super omne nomen
benedictum. **D**icant iterum et reuocent cum
ingenti gaudio. laudes vniuersas tuo nomi-
ni digne dicandas: tot vtq; vicibus quot ce-
lum stellas. quot mare pisces. quot grami-
na tellus. quoq; biblia continet apices. **E**t
cum istud totum fecerint et pro me supplica-
ter dixerint: tunc adhuc confitebor tibi quia
necdum satisfactum est ineffabili laudi no-
minis tui: quod totis viribus cupio laudare
et omnimodo superaltare. quousq; ad illas
puenā curiales laudes: quas modo nō pos-
sunt attingere nec psequi mortaliū hominū
voces. **V**ides nunc aīa mea magnitudines

et p̄ciositatem beneficiorum creatoris ac re-
demptoris dñi dei tui: cui ad regratiandum
nō sufficit oīs creatura. quā ipse in laudem
et gloriam sui eterni bñdicti nomis condidit
qui nullius vtq; glorie eget. sed sibi soli ipse
solus sufficit. sua gloria est ipse qui est. **E**cce
p̄ multitudine bñficiorū eius non potui cum
cta ante oculos tuos reducere: s; eligi ex grā-
di copia tria munera p̄ciosa. quēadmodum
magi dño oblaturi fecerūt: i quibus placuit
pene vniuersa concludere. **N**am omne bñfi-
ciū si diligenter aduertis. aut est nature. aut
gratie. aut superexcellencie: et quod cūq; aliud
est satis conuenienter ad aliquod horum tri-
um habet referri. **I**n creatione habes bñfi-
cium nature: in redemptione bñficiū super
excellencie: in iustificatione donū considera-
gratie: **P**ro quibus omnibus et singulis glo-
ria tibi sit scā trinitas equalis vna deitas: et
ante omnia secula et nunc et imperpetuum.
Amen.

Explicit soliloquium anime.

Incipit tractatus eiusdē fratris **T**home
Kempis. **D**e disciplina claustralī. **I**n qui-
bus consistit disciplina claustralis.

Capitulum primum.
Prebedi-
te disciplinay: nequando
irascatur dominus: et pe-
reatis de via iusta. **D**isci-
plina claustralis si stren-
tue seruet. ad magnā pfe-
ctionē ducit: et ab eterna
bñdictione liberat: et in celesti regno altissime
coronat. **C**ōsistit autē disciplina i tribus p-
cipue: vt silentiū bene seruet: vt diuinū offi-
cium deuote celebret: et opus manuum impi-
gre exerceatur. **U**bi disciplina viget: ibi ma-
ior pax et spūalis pfectus inueniē. **U**bi disci-
plina perit: ibi dissolutio crescit: ibi vicia in-
trant: et virtutes enervantur. **U**bi disciplina
custoditur: ibi adest gratia celestis: ibi deuotio
florat: ibi lectio sapit: ibi meditatio dulce
scit: ibi oratio feruet: ibi gratiarū actio et vox
laudis resonāt. mens iubilat: ibi intellectus
illustrat: ibi caro marcescit et spūs eleuatur.
Qui amat disciplinā letificat cōscientiam: ac
quirit bonā famam: et adauget sibi gloriam
eternā. **A**maro discipline custodit os suum
querit secretū. fugit tumultū. vitat risum di-

ligit luctū: vt inueniat iesum sibi p̄picium et
amicū. **Q**ui extra disciplinā esse querit. oya-
boli laqueos incurrit: et deuotionē mentis p-
dit. **I**n tribus locis libet esto cū fratrib;
p̄p̄tūmunē disciplinā: in choro ad psallēdū
in cella ad scribēdū et legēdū: in refectorio ad
sobrie comedēdū et verbū dei audiendū.
Ubiq; verbū dei legis. ibi spūsanctus
occulte operat. qui malos de peccato redar-
guit. et bonos p spem et consolationē scriptu-
rarum cōfortat: vt amplius p̄ficiant. et disci-
plinam ordinis fortiter teneat. **H**inc paulus
ammonet dicens. **I**n disciplina perseuerate: et
tanq; filijs vobis offert se deus. **H**inc dauid
orat dicens. **B**onitatē et disciplinā et scientiā
doce me. **E**t alibi multū eam cōmendās ait
Et disciplina tua correxit me in finem. **E**t di-
sciplina tua ipsa me docebit. **M**agnū donū
dei est habere scientiā scripturarum: sed ma-
gis p̄ferendum videt seruire ordinis disci-
plinam. **H**inc summus magister xps docēs
discipulos suos legē vite et discipline: sic ait
Si hec scitis: beati eritis si feceritis ea. **N**az
tanto fit quisq; beatio: coram deo: quāto fer-
uentior est pro obseruantia discipline. **Q**uo
bona pretendit omnis regularis disciplina:
vt statuta diligenter seruentur: et negligē-
tes pro culpis suis corrigant. **D**euoti et bo-
ni fratres est violentiam sibi facere cōtra pra-
uitatem nature. et sponte se subdere discipli-
ne: nec aliquid ordinatū preterire. **N**am qui
amat disciplinam sapiens est et ditabitur vir-
tutibus multis. **Q**ui autem odit correptionē
nescit sapiens est: et honore carebit. **C**onsi-
dera mores fratris disciplinati: qui non est
leuis verbis. nec oculis vagus. sed ambulat
in timore dei. et facit opera sua cum diligen-
tia. custodiens silentium et amans celle quie-
tem. **N**on murmurat non detrahit: sed deo
omne iudiciū committit. et seipsum pre oculis
habet: et que sibi cōmissa non sunt de illis
tacet: vt liberior sibi ipsi vacet. **N**am nimis
inspiens est qui propria negligit. et alienis
rebus se implicat. **D**isciplinam ergo vbiq;
serua: et erit tibi pax et gloria magna. **O**mnē
quod non decet: studeas cauere. **Q**uicquid
deo placet fac cū alacritate: nec propter ho-
minum displicentiam infringe ordinis disci-
plinam. **S**tolte agit qui contra cōscienti-
am facit: et dei offensam propter homines in-
currit. **N**am qui ordinem suum non seruat:
per preuaricationem legis deum in bono /
rat. **S**i videris quēpiam negligentē

agentē corripe illū vt fratre: ⁊ trahē ad emē
danonē. sed noli sequi eius errorem: nec tū
diligas vt in malo ei consentias ne cum ipō
cadās ⁊ pereas. **Q**uiscūq; p ordinis disci
plina zelat ⁊ libenter ac grātiter ammoni
tiones capit: specialē grātiā a deo obtinebit
⁊ ī die exitū sui de corpore ab auditiōe mala nō
timebit ⁊ cū electi de pmo sui laboris gaude
bit xpō dicente. Euge serue bone: q; in pau
ca fuisti fidelis: intra in gaudiū dñi tui. **Q**ui
negligens est ⁊ dissolutus deum offendit et
homines: ⁊ peior est paralitico iacēte in gra
bato: quia iste defectum panis a natura: ⁊ il
le vincit cordis inertia. **V**irtuosius est pas
siones domare: q; demones fugare. **E**t ma
ioris charitatis est negligentem ammonere:
q; elemosinam dare. ¶ **Q**uem tēdet orare
delectat fabulari: q̄lis feruor est in illo: p
roz
sus nullus. **N**am si ferueret intus: vitaret oi
no vaniloquia foris. **S**ed quō quis potest
accendi ad feruorem spiritus? **I**n faciendo
sibi frequenter violentiā contra consuetudi
nem malam: ⁊ tenendo ordinis rigorem sin
formam sibi pscriptam. **T**epidus semp con
querit de grauitate discipline: feruidus am
plectitur cum hilaritate. **S**ed dicis. **T**imeo
frangere caput meū: ⁊ incurrere debilitatem
Quid loqueris tepide et dissolute? **N**escis
quid pateris. **T**imes parua: ⁊ nō times ma
gna: **T**imes dolorem in corpore: ⁊ nō times
vigilare. times grauitatē male conscientie?
Times ieiunare times vigilare. times silen
tium seruare: ⁊ non times in igne cremari. a
demonibus torqueri ⁊ a regno dei excludi?
Vanus est timor iste: de modica afflictione
corporis frequenter cogitare. p̄sentia mala so
lummodo ppendere: ⁊ minus ponderare q̄
eternaliter aīam saluant aut damnant. **R**e
uertere ad cor tuū: conuertere ad deū qui fe
cit te: spera in eo ⁊ iuuabit te. **S**i nō potes ei
seruire sano capite: tunc seruias ei debili ca
pite: ⁊ coronabit te rosis ac lilijs suauissimis
cum martiribus sanctis in celis: q; sustinui
sti dolores ⁊ labores in terris. **N**oli ergo p
pter modicū corruptibilis vite amorē illiciti
ta admittere: noli secularia solacia querere:
separa te ab ineptis fabulis. intende sacris
studijs: serua disciplinam. subiuga carnem.
imple obedientiā: ⁊ saluabis animā tuā iu
stra xpī sententiā. **Q**ui odit inquit animā su
am in hoc mundo: in vitam eternam custo
dit eam. **C**um in disciplina non habebas fa
miliaritatē: ne discas leuitates e: ⁊ sis ei fi

as in cōfusiōnem ordinis tui. **J**unge te religioſo moderato ⁊ deuoto fratri: vt edificetis ſemp in bono. **U**nus indiſciplinatus ⁊ verbōſus multos inquietat: ⁊ qui eum compeſcit optime facit. **T**alis ſepe eſt amonendus ⁊ increpandus vt ſuas diſſolūtiōes dimittat: ⁊ ad deuota exercitia ſe cōuertat. **N**emo ſe p alium vicioſe excuſet: ſed de propria ſalute cogitet: ⁊ tēpus ſibi indultum fructuōſe expēdere curet ſicut ⁊ beatus paulus diſcit. **E**um tēps habemus: opeamur bonum ad omnes. **I**lle ad oēs bonum opera: qui ſtrēnue ſeruāt diſciplinam: ⁊ ceteris in cōuentu dat bonum exemplū. **B**enedictus ille frater qui in oībus ſe vincere ninitur: quia coronabitur p omni quod p xpō patit. **A**d tenendam formā ſpūalis diſcipline: beatus paulus diſcipulos ſuos diligenter exhortat dicens. **Q**uecūq; ſunt vera quecūq; pudica quecūq; iuſta quecūq; ſancta quecūq; amabilia quecūq; bone fame: ſi qua virtus ſi q̄ laus diſcipline: hec cogitate que ⁊ didiciſtis ⁊ accepitiſtis ⁊ audiſtis ⁊ vididiſtis in me. **E**cce q̄ ſollicitus fuit beatus paulus p obſeruantia diſcipline: ⁊ p bono exemplo poſteris relinquendo. **N**am maximū meritū ſibi in ceſteſtibz accumulāt: quiſquis diſciplinam in ſe ⁊ in alijs amat.

De diuersis tentationibus et insidijs dyabolici. **Cap. II.**

Biq; dyabolus insidiat bonis & de
uotis: maxime tñ religiosis personis
in ordine sub disciplina constitutis.
Idcirco primus sancte ecclesie pastor bñs
petrus fideles ammonet dicēs. Vigilate: q;
aduersarius uester dyabolus tanq; leo rugi
ens circuit querens quē deuoret: cui resiste
fortes in fide. Hinc etiā beatus iohannes in
apocalipsi clamar: p̄muniens ad cautelam.
Te terre et mari: q; descendit dyabolus ad
vos habens iram magnā. Siquidez ppter
excellentiā status religiosorū deiciendū
bolus acrius seruos dei tentat: z frequētius
eos q̄ seculares impugnare: q; inuider glorie
sanctitatis deuotorū continēt videntium.
Scit enim q; illi altius p̄miabunt in celo: q;
purius vixerint in mundo. Unde quanto
grauiores tentationes sustinent. si viriliter
resistunt z seipsos vincunt: tanto gloriofio
res erunt apud deum in futuro quia fortiter
certauerunt. Ex quo dyabolus. p̄ictus est
de celo. ppter superbiam suam nō cessat cur
cuire terram: querens quem prauis suggesti

omnibus decipiat et vulneret per delectationem
morosam ad perdendam dei gratiam: ac secum tam
dem trahat in eternam damnationem. Et sicut olim
temporavit primum hominem in paradiso. et filii
israel in deserto: ita nunc temptat et persequitur
quos religiosos in claustro: ut remissa viuam
et statuta sua frangant: ut platis suis resistant
et inobedientes fiant: quatenus huiusmodi con
tagijs deprauati celestem gloriam perdant: et
causam contra eos habeant: unde in iudicio
grauiter eos accuset. **V**igilandum igitur omni tempore
et in omni loco caute respiciendum: ne desides et
inermes seruos dei sathanas inueniat: quia
ipse nunquam dormit nec fatigatur: sed a dextris
et a sinistris insidiat. Desides facilliter capit:
et hi sunt qui parum laborant: et bene comedere
volunt. **I**nermes cito vulnerat: et hi sunt
qui raro orant: et in corde modicum de sacra
lectione seruiant. **F**ons euagans illecebris in
ficat: ociose stantes fabulis connequit: ut ope
ra sua negligant et alios impediant. **B**ene etiam
agentes a bono incepto reuocant: legere vel ora
re volentes dormire facit: surgere conantes
in lectulo tenet. **N**on est locus in claustro quem
sathanas hostis monachorum non frustrat: ut
vnam saltem ouiculam de grege Christi rapiat
et perdat. **Q**uapropter pastor celestis alta vo
ce cornu salutis sufflat: et omnibus suis ait. **V**i
gilate et orate: ut non intrenis in tentationem.
Ac si dicat. **L**upus rapax circuit tabernacula
vestra: serpens antiquus callide querit fo
ramen intrandi ad interiora cordis vestri: ut
dentem infingat per iram: aut osculo mulceat per
turpitudinem. **G**los autem vigilate animum. et orate
corde et ore die ac nocte: quia ab omni parte vo
bis insistant bellum. et non tutum sub celo. et aduersa
rimuli docti ad pelium mittentes sagittas ve
stris: et laqueos abscondentes pedibus ve
stris: ut cadatis in itinere recto et a sancto propo
sito recedatis. **S**ed stete firmiter et pugnat
e fortiter per annos vestros. ego dominus ero vobiscum
Obeuare autem caute quales imagines vobis
ingerunt: siue de mundo sint siue de carne: et
claudite ostium cordis vestri. ac signo crucis
vos armate ne diabolus intret: quia temptare
vos venit et ad consensum peccati contrahere:
ut decem offendatis et eius gratiam perda
tis. **R**eligiosi amici dei attendite a callidis
et mortiferis diaboli inuisionibus ne moram
in his faciat. sed mori ut sentitis motus illi
citos. mentem vestram auertite. et nomen do
mini inuocate: dolentes de malo vobis inge
stos et bonam cogitationem de deo et spiritu

li materia assumite: et in cōpunctione sanctifica
vos: percete. **S**ic autē facientes fugiet dyabolus:
confusus: et accedent angeli sancti vo-
bis in solaciū: missi: qui confortabunt man-
us vestras contra aereas potestates. **S**tate ergo
in timore dei: et semp circa iniūti tentatio-
nis vigilate et orate cū gemitu cordis in spi-
ritu humilitatis: nūl grandē nūl laudabile d-
vobis ipsi sentientes: sed fragiles homines
et inutiles seruos veraciter vos agnoscētes
Quicquid etiā boni sapitis vel agitis: non
vestre hoc industrie et labori: sed diuine gra-
tie et misericordiē ex integro ascribitis. **N**e
minim tantū dyabolus timeat et refugiat: sicut
humilem et semetipsū despicientē. **E**t cōtra
nullum tātum preualet: sicut contra superbū
et de se p̄sumentem. **C**auē ergo superbiam
si non vis pati ruīnam. Si non vis seduci et
supplantari: noli extolli nec inaniter gloriari.
Quāuis in monasterio siue in solitudine.
non es tamē liber a tentatione: quia christū
dyabolus tentauit in deserto: qui erat plen⁹
spiritus sancto. **E**dū ergo vixeris oportet te
pugnare cōtra insidias dyaboli et proprias
passiones. **E**t si interdū cessat ad modicum
tempus: hoc facit ad fraudem: vt cum incu-
stoditus fueris et laxus: subito et inopinātē
te prosternat. **T**ēptat in choro: vt cum tedio
p̄allas: et parum aduertas ad sensum verbo-
rum. **R**educit ad mētem fantasmata rerum
exteriorum que prius vidisti et audisti: quas
tenus fructum orationis tollat: et chorū tibi
in grauitatem vertat. **T**emprat in refectō-
rio: vt plus vel lauius comedas: aut etiā
de aliquo defectu murmures. **T**ēptat in cele-
la: vt pigre labores. aut rarius oēs vel mo-
dice legas: sed cito inde exeat et fabulari que-
ras: et tardius ad cellam redeas. **T**emprat
tempore silentij. vt verbum illicitū proferas:
et si loqui licet: mox ad inania et noctua insis-
gat: vt conscientiam macules et fratrem tuū
offendas. **V**igila ergo et ora deum semper:
vt det tibi gratiam contra sathane astutias:
qui tam prosperis q̄ aduersis insidiatur om-
nibus deuotis.

**De vera conuerſione ad deũ qui eſt ſum-
mum bonum.**
Capitulum. **III**

Quæ sunt quæſtiones nræ a deo ſum-
mo bono: quia ex propria iniquitate
et magna fragilitate cito labimur ad
inferiora et terrena concupiſcenda: que nos

salutare non valent. nec etiam permanere nobiscum. Opus est ergo quotidiana conuersione ad deum: a quo sepius auertimur ad nos ipsos inordinate nos diligendo: aut aliquas creaturas vane aspiciendo. vel etiam male utendo: et plus de temporalibus quam de diuinis rebus cogitando. Sepe etiam odimus peruersae salutaria et que sunt per disciplinam: et affectamus habere que comoda sunt et iocunda non attendentes quid dicat conscientia. et quantum displicet deo auersio nostra ab ipso ad ista caduca. Et quis aliquem iustum et bonum scimus. si contrariatur voluntati nostre et aliquam proponit restrictionem inducere ex virtute: incipimus ei improbe resistere. et vilius de eo sentire: et dicimus quod sibi non sit credendum. Et hic error in plerisque religiosis inuenitur: qui contra beneplacitum dei et superioris sui sensus appetunt prosequi intentum suum: minus ponderantes graue iudicium sibi imminere: si plus quam oportet in causis propriis de semetipsis confidunt. Quod ex eleuatione cordis et agitatione procedit: qui in spiritu proficere conantes. ad laxationem carnis trahere querit. Non enim sufficit ad veram hominis conuersionem secularis habitus mutatio que vel vna die fieri potest: sed illa est vera et religiosa puerio: cum quis nititur vicia sua vincere. et magno seruire pro virtutibus instat. Debemus igitur quantum possibilitas admittit nos qui religiosus habitum gerimus. cor nostrum ab omnibus materialibus et visibilibus rebus auertere: et ad inuisibilem conditoris nostri faciem contemplandam eleuare et anhelare semper ad celestia. atque per singulos dies omnis hora. ymo totiens quotiens euagatio mentis accidit pro venia humiliter supplicare: et cum propheta gemebunde dicere. **Conuertere nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis.** Quamdo ita facimus deus libenter suscipit preces nostras. et gaudent angeli sancti in celo de nobis quia conuertimur ex toto corde ad dominum deum nostrum: qui est beatitudo omnium sanctorum. Sed sathan contrario conatur ab hoc summo bono religiosam animam abstrahere. et per diuersas occasiones et tentationes eam impedire: immittitque cogitationes superbie ire gule impudicie inuidie discordie duricie fallacie blasphemie diffidentie pusillanimitatis. inconstantie dissolutionis et negligentie. ceterorumque malorum que enumerare longum est: quatenus a celestibus dul-

cedine. et angelica puritate retardet. et in multis vanis rebus diutius teneatur: nec non ut propter nimiam difficultatem vincendi tentationes deus querere et inuocare cesset: et sic tandem omnem spirituales profectum et laborem pro custodia cordis quasi ex tedio boni postponat. Hec sunt opera inimici: a facie dei celi proiecti. Nam cum ipse totus sit a deo auersus. machinatur omne malum contra bene agentes: et precipue cum orare et ad interiora se conuertere voluerint. atque pro delictis suis deprecari. Hec neque pessimus. insidiat callide omnibus bonis. Nam rethet suum per totum mundum subtiliter textit ac latissime expandit: monachos et moniales. subditos et prelatos. solitarios et officiales circumdat et tentat: ut vel vnum pisciculum hamo concupiscentie illiciat. et de piscina claustralis custodie ad litus seculi trahat: ubi per visum auditum. locum et risum aliquo peccati contagio inficiat: quatenus nullus sine periculo euadat. Quapropter religiosus seruus dei vias suas diligenter custodiat: et euagationes tam mentis quam corporis compescat: ne sumum bonum amittat. quod cum infirmis terneris non potest: sed in ore ut se abstrahi et tepere sentit ad deum per orationem et contritionem redeat: et cum sancto dauit oret et dicat. **Oculi mei semper ad dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.** Sicut enim peccando et in creaturis delectando homo captiuatur et a deo separatur: sic penitendo ad eum reuertitur et sanatur. Nam peccando fit sordidus frigidus et aridus: sed iterum penitendo orando et flendo pro commissis: intus mundatur accenditur et irrigatur. Et sepe ad maiorem cautelam et rigorem seruandam: per facilitatem lapsus sui eruditur et solidatur. Ille autem vere conuersus est nec in vacuum nomen religiosi et habitum portat: qui seculo moritur et christo viuere delectatur: quod omnia opera sua et cogitationes ad deum finaliter refert: qui honorem dei et laudem nominis eius in omnibus dictis et factis suis querit et desiderat: nil de priuato amore pro proprio comodo cupiens habere: sed semetipsum cum omni bono quod fit in celo et in terra offert et eleuat: gratias immensas deo summo bono referendo. a quo omne bonum creatum descendit et emanat.

De obedientia humilis subditi erga prelatum.

Capitulum.

Hoc bonum subditi pertinet mandatum obedientie hilariter amplecti. et nihil de propria voluntate retinere: sed exemplo christi in manus dei et prelati sui sponte se resignare: quia hoc est gratissimum. donum quod potest deo offerre. Laueat ergo omnis bonus subditus ne prelatum suum temere iudicet: nec vias eius curiose scrutetur: sed ponus eius dicta et facta in melius interpretetur. Et si quedam minus utilia apparerent aliqua defectuosa in eo reperiuntur: non despicat nec arguat eum: sed excuset et pie toleret: et charitatiue si ita conuenit amoneat: aut paterne obsecret per se vel per alium magis idoneum. quia magnus onus super se habet. Sepius etiam pro eo secrete oret: ut deus eum custodiat et confortet: cum nullus sit in tota domo qui tantam quotidie sollicitudinem pro omnibus gerat. Raro namque inueniunt prelati: qui posset cuilibet satisfacere vel placeere pro voto. Ideo iuuari debet a subditis et honorari: atque portari ab omnibus et excusari coram infirmis: qui cito suspicatur dum ipse resistitur et aliquis negatur. Ipse est utique qui omnia tollere habet. et in ore omnium ventilatur: cui et facile imputatur quod male gestum est: aut neglectum estimatur. Sed hoc virtuosorum non est. imo emulorum studium: qui querunt in prelato quod reprehendant. Non est credendum ei nec consentiendum: qui superioris suo detrahit. et ad resistendum sibi rationes querit: nolens acquiescere vicario christi: qui loquitur ex ore dei pro salute subditi sub potestate presidentis constituti. Nam multum superbe sapit et periculose agit: qui pertinaciter in sensu suo abundat: ut proprium vide re ordinationi prelati sui preponat. Sed qui meritum sancte obedientie attendit. et obedientiam christi et sanctorum vitam pensat: absque mora et inustatione verbis sibi mandatum implere satagit. nec curiose discutit: sed etiam quod frivole sonat. propter virtutem obedientie dignanter capit: et ad profectum anime sue conuertit. Hoc enim valde laudabile est et honestum: et inter opera meritoria summe meritorium: et conscientie proprie magis seculum. Subditi est humiliter acquiescere consilii maiorum: et sine recalcitratione obedire prelati. Hoc pro magna sapientia tenetur si de propria sapientia nihil habes: et simpli-

cem obedientiam omnibus rationibus et priuatis rebus prefers. Qui hoc facit deo placet: et prelati suo charus erit: qui pro eo rationem reddet. Talis subditus multum alleviat onus prelati sui: et prouidet sibi optime in futuro: ne se graui discrimine cadat in iudicio coram deo. Qui vult summe perfectioni cito propinquare: studeat ante omnia obedientiam seruare. Magna et egregia virtus simplex et pura obedientia: nesciens tarda molimina nec parens argumenta: sed implens iussa sine quere la. Ideoque magna ei debetur corona: et cum martyribus percipiet palmam: quia certauit fortiter et subegit naturam. obediendo usque ad mortem. Quoniam quidem fortissimum vincendi genus est. semetipsum perfecte vincere et abnegare propter obedientiam: que monachorum est laus maxima: et omnium religionum corona pulcherrima. **Id** felix et venerabilis obedientia: quam predicauit et seruauit iesus christus dominus noster eterna patris sapientia dicens. **Quia descendi de celis non ut faciam voluntatem meam: sed voluntatem eius qui misit me.** Et cum iret ad locum passionis: ita orauit cum ab negatione proprie voluntatis. Pater si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Hanc etiam promptissime exhibuit et plenissime expressit beatissima mater iesu xpo maria: his verbis dicens ad angelum. **Eccce ancilla domini: fiat mihi secundum verbum tuum.** Sic decet omnino. sic debet niti facere et etiam dicere bonus subditus coram prelati suo cum humilitate et reuerentia. **Eccce pater.** sicut dicitis et consulitis: ita libenter faciam pro viribus meis. Hec namque virtus preferitur victimis et donis: hec preterita mala delet. a futuris custodit. penam laxat: et ab eterna donatione saluat. Per hanc fit homo dilectus deo: et tam familiaris christo: ut frater eius esse mereatur. Quicumque inquit fecerit voluntatem patris mei qui in celis est: ipse meus frater et soror et mater est. **Id** quod preciosa est hec virtus in subditis: ut securi coram deo appareant de culpis sibi obiectis. Qui hanc elegit et tenet: recto cursu ad patriam tendit. quam adam et eua inobediendo amiserunt: sed christus et maria pro nobis obediendo recuperauerunt. Hec sancta et simplex obedientia plus prodest quam alta doctrina: utilior est quam potentia: et securior quam dignitas aut prelatura. **Id** si cum scientia et dignitate inueniunt obedientia: multum commendanda est illa anima: et magni meriti

inter sanctos reputanda. Exemplum perfectae obedientie claret in abraham patriarcha qui sua ac demum unicum dilectum filium immolare paratus fuit: propter quod celestivoce benedicti meruit: et pater multarum gentium nominari: atque per omne seculum honorari. Ad hanc sane obedientie utilissimam virtutem beatus paulus hortatur scribens ad hebraeos. Obedite inquit prepositis vestris: et subiaccete eis. Ipsi enim perquirant quasi rationem reddituri pro animabus vestris: ut cum gaudio hoc faciant non gementes. Hoc enim non expedit vobis. Hanc sanctam obedientiam que ad salutem maxime est necessaria commendant veteres ac novi testamenti plura testimonia et sanctorum deuotissima exempla. Hanc leges et iura dicant maioribus et prelati exhibendam cum humili subiectione et reuerentia. Cogitet ergo cui graue est obedire, et qui sepius nititur se excusare, aut callide ab obedientia subtrahere, quales subditos velle ipse habere: quia utique bonos et humiles, et non rebelles. Igitur studeat iam esse talis ad suum prelatum: quales optaret habere si eligeretur ad presidendum. Discat primitus alteri humiliter subesse et reuerenter obedire: ut dignus sit alios instruere, et ut illiter regere possit: ne maiori periculo stringatur: si hoc ab alijs exigit quod ipse minime impendit. Quomodo enim potest seruari status religionis et regimen domus in claustris: nisi omnes subditi obediant prelati suis? Nam si omnes regere volunt et quilibet agere contendit quod ei placuerit: erit confusio magna et turbatio frequens: peribit disciplina et crescit dissolutio: abcedit timor dei: et libertas carnis regnabit. Ubi enim obedientia non curatur et prelatus parum reueretur: ibi bonum regimen annullatur.

De custodia cordis et reditu ad interiora. Capitulum.

Clamuis de facili homo ad exteriora sit inclinatus, et libere capit aliquam solationem a creaturis appetitu sensualitatis: tamen niti omnino debet redire ad seipsum per contritionem spiritus: ne perdat maiorem gratiam intus. Nam efficitur vagus et lubricus: si sequitur affectiones suas in curiosis rebus videndis et habendis. Igitur semper sit super custodiam cordis tui: et ad interiora tempestiue redi, etiam violenter

te compelle intrare ad cordis secretum: quia cum intus non est pax: non erit tibi quod de foris hauseris in terrenis. Multum valet pax et custodia cordis: si exteriora tua discrete ordinaueris, et quedam exercitia spiritus tua apud te conseruaueris: ut scias quando legere quando orare, quando operari quando meditari quando tacere quando loqui, quando solus quando cum alijs debeas ut omnia in tempore suo cum bona deliberatione facias: et nullo tempore a sancto opere et pio exercitio vaces. Quedam omnino fugere debes: ut fabulas leues et seculi rumores homines seculares mulierum allocutiones: iuuenum familiaritates, amicorum visitationes, hospitum salutationes: quia ista distrahunt mentem et maculant conscientiam et quilibet delectatur: ab internis bonis minoratur. Quedam sunt fortiter tenenda: ut rigor discipline in silentio et ieiunio, in vigilijs et alijs laboribus ad castigationem corporis pertinentibus: quia nisi corpus sub freno subiectionis contineatur fit spiritui contrarium et multas tentationes in anima suscitatur unde intellectus hominis excecatur: et seruo deuotionis refrigescit. Sunt quedam patienter tolleranda: ut defectus temporalium damna verberum, vexationes aduersariorum, egritudines corporum, mores imperfectorum, aueritantes verborum subtractiones solatio et afflictiones amicorum: in quibus homo perbatur, et tanquam in igne purgatur: et si bene videtur istis contrarietatibus: cedent sibi ad meritum eterne retributionis. Sunt etiam quedam cito respuenda: ut aperta vicia et peccata: dei preceptis et virtutibus contraria. Interdum aliqua latenter se ingerunt sub specie licite dispensationis: quoniam tamen cupiditas vel tepiditas agit negotium ultra necessitatis terminum: ubi cauendum est seductionis venentium. Igitur secundum sapientis consilium, omni custodia serua cor tuum: ne aliquid impurum intret quod deum offendant. Si te sentis aliquo vicio moueri, adhibe tempestiue remedium: ne diutius differendo passio crescat et deterior fiat. Non est vicium tam graue quod curari possit si vulnus aperiat: et spiritus huius medici consilium requiratur. Sed aliud est scire remedium, aliud adhibere remedium. Multi sciunt quid agendum sit quid uecandum: sed non adhibent diligentiam ad cordis orisque custodiam: ideo ex leui occasio

ne trahuntur ad consueta vicia. In hac vita que tota tetatio dicitur oportet quotidie certare et firmiter proponere, et gratiam diuinam implorare: donec status huius lubricae vite et intestini certaminis fuerit finitus. Non inuenitur hic aliquod remedium quo plene omnes vicioz morbi sanentur: ita quod nullus motus concupiscentie sentiat: quia hoc future beatitudinis est donum sanctis promissum. Sed tamen gratia dei iuuante possunt mali motus refrinari: et occasiones peccandi vitari: et macule contracte per singulos dies penitendo lauari. Magnus labor est cor custodire ab irruentibus vicijs: et non affici ad aliqua sensibilia foris. Aut enim creator te mouet aut creatura, et secundum statum mentis mouentur leuiter corporis membra: et nihil fit in verbo vel opere: quod ex radice cordis non procedit. Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: et malus profert malum ait dominus. Debes ergo maxime vigilare circa custodiam cordis: et considerare quales cogitationes et affectiones intus geris ut malas cito respuas et bonas assumas: ac de vilitate anime tue semper solite pensare iuxta illud prophete verbum. Anima mea in manibus meis semper: et legem tuam non sum oblitus. Si hoc fecit dauid sanctus et rex terrenus, curam totius regni possidens: quantomagis religiosus deo professus omnibus curis terrenis neglectis, debet habere anime sue salutem pre oculis. Ad puritatem cordis valde iuuant solitudo et silentium: studere legere orare meditari, et nil velle scire de statu mundi: quia sepe plus nocent mala audita: quam bona profunt in libris lecta. Vir enim reperitur actio tam bona: cui aliquid mali non admiscetur. Et in omni verbo vel facto aduersarius tendit laqueos: ut ab interna vacatione mentem retrahat. Nouit quippe cor humanum: quia si non delectatur in bono: cito labitur in malum.

De custodia oris et exercitio laboris. Capitulum.

VI

Agnam oris tuae custodiam adhibe: quod de omni verbo ocioso oportet te redere rationes. Qui non refrinat linguam suam ait iacobus apostolus: huius vana est religio. Nam ex custodia lingue, multa mala solent prouenire: a quibus homo taciturnus liber est, nec indiget culpam confiteri. Celis ergo libenter tacere et ab ociosis verbis te cauere: quia longa fabulatio deuotionem extinguit dissolutionem generat tempus male expendit, conscientiam ledit: et alios offendit. Silentium est antiquum statum religionis a sanctis patribus introductum et cum multa diligentia custoditum. Qui hoc leuiter frangit: deum et omnes sanctos grauiter offendit. Christus dixit. Sit sermo vester est: non non. Quod amplius est: a malo est. Breuiter ergo et plane loqui docuit quilibet: sed quando non licet tacendum est. Si vis bene seruare silentium, fuge publicum: et vade in secretum locum ut oras vel ad cellam ut legas vel scribas. Melius esset quod legeres unum psalmum vel orationem dominicam pro peccatis tuis quam amicus: quam sic stares fabulando de materijs vanis. Non est vera recreatio dicenda ociosi et fabulari: sed magis exercitatio nominanda: quando opus dei negligitur, et nuge recitantur. Vade ergo ad opus tuum, et labora in vinea dei pro denario eterne vite: ne tibi impropere paterfamilias quod hic stas tota die ociosus. Laudat scriptura bene operantem: remunerat christus seruum fidelem: arguit pigrum et negligentem: iubet ab eo tolli gratiam concessam: et dari eam feruentius operanti. Veniet namque tempus quando non poteris amplius operari: nec unum quidem verbum loqui pre infirmitate. Hoc modo debes precogitare: et semper de extrema hora pauere: ne vacuam te inueniat. Unde dominus iesus discipulis suis dixit. Ab oportet operari opera eius qui misit me donec dies est. Venit enim quando nemo potest operari. Quia in mundo sum: lux sum mundi. Accipe ergo exemplum bona operantis a christo iesu, a sancto paulo, a sancto anthonio a sancto patre nostro augustino, a sancto hieronimo, a sancto benedicto, a sancto francisco, a sancto dominico, et ab omnibus sanctis patribus, qui regulas monachorum scripserunt: et religionem instituerunt. Reuera multum isti in ordine laborauerunt: et pro vita eterna puriter corpora sua castigauerunt: in ieiunijs

multis in solitudine et silentio in vigiliis et orationibus. alijsq; sacris deo placitis obseruatis et laboribus domino seruientes. Quid igitur? Estimamus q; tu fabulando et hinc inde spaciando obtinebis gloriosissimam coronam quam sancti dei adepti sunt sanguinem suum fundendo. nec non grauissima tormenta tollerando? Nequaquam. Sed nisi penitentiam egeris aut dominus iesus penitentiam pre-dicas: omnes simul peribis luce tredecimo dura sententia: sed utilis pro emendatione tua et disciplina seruanda. Emenda ergo vitam et non timebis penam: sed gloriam habebis eternam.

De re commendatione celle et solitudinis Capitulum.

VII

Qui cellam amat et libenter in ea commoratur: a multis peccatis et tetratio-nibus custodit. Quanto studiosius inhabitat: tanto plus placet et amatur. Quāto negligentius seruatur et rarius intratur: tanto magis horretur et fastiditur. Bene illi qui eam diligit: incolit: quia vinctio spiritus sancti eum docebit. Būis cui inhabitare cellam donatum est: et qui vsq; ad terminū vite sue in ea perseuerat. Ne illi qui leui occasione eam deserit. et cui extra manere placet: quia cito seducetur et capiet et ledes. Multi quia eam studiose non custodierunt: per varias occasiones inter seculi actiones proiecti sunt et male perierunt. Heu q; tam diu in ea perseuerare nequiuimus. donec fructū maturum ex ea percipiamus. Sic se homo deberet tenere: quasi quotidie iturus in sepulchrum. Nam tali homini non est cella fastidium: sed pacis domicilium. Et sicut stabili homini cella est paradisus: ita vago carcer videtur et cippus. Bonum tamen est et laudabile: si quis velit ibi propter deū incarcerari. Nam plures sancti martyres propter iesum incarcerati et vincti fuerunt. Elige ergo ibi sponte ligari: ut sanctorum meritis possis coequari. Liget te potius timor dei q; ferrum: et charitas magis q; indicta necessitas. Si nō amor saltem timor dei te coerceat. Non es male ligatus: si timore inferni compunctus pro peccatorum tuorum penitudine te incluseris. Abale ligati sunt: qui corde et corpore euagari querunt. Bene ligatus est. qui deo professus est: et extra cellam ire inclinatus non est. Si vis

in ea durare: nūq; sis ociosus. Accidat oculi expellat: monachū obosum de cella. Amas silentium et operans cum quiete: bonus eris custos celle. Si tedium passus fueris. p; chris-to agoniza: nec patiaris te expelli ex leui causa. Si manseris stabilis: cito vertetur carcer tuus in paradysus voluptatis. Sancti in carceribus pro christo detenti. ab angelis sanctis frequenter sunt visitati: et abundantius consolati. Tu quoq; si te in cella patienter pro christo claueris. veniet tibi cito deo miserante lumen celitus: bone conscientie gaudium. et magnū spiritualis profectus lucrum. Qui in cella residet: multa piculis liber est. Qui foris vagatur: innumeris periculis patet. Bona celle nequeunt sufficienter explicari: sicut nec detrimenta extra vagantiū. Custos celle. custos est lingue: non audit detractio-nes non percipit rumores: nō videt vanitates. nō trahitur ad leuitates. Bonus cellita aut legit aut orat aut gemit aut meditat: aut scribit aut corrigit libros: aut aliquid aliud boni operatur. Bonus cellita cuius est celic amicus dei. socius angelorum. cognitor secretorum. inspector supernorum. victor tentanum. expulsoz demonum. bellatoz viciorum. contemptor mundanorum: neglector curarū. possessor quietis. obtentor pacis. amator scripturarum. speculator veritatis. gustator puritatis. continuator orationis: collector sancte meditationis. et destructor omnis euagationis. Cogita deum et te solum esse in mundo: et habebis magnam requiē in corde tuo. Memento quia angelus inuenit mariam in camera sua orantem: non foris cum hominibus loquentem. Nam qui appetit celestia secreta cognoscere: oportet eū ab hominibus elongari. Sic enim moyses fecit: qui relictis hominum turbis mansit solus cum domino in monte: ut legem domini suscipere mereretur. Hec quandoq; perlege: ut dulcescat tibi inhabitatio celle.

De choro diuine officio peragendo. Capitulum.

VIII.

Chorus est dei et sanctorum angelorum locus sacratissimus: vbi diuinus agitur officium presentibus ecclesie ministris: cum reuerentia et deuotione psallentibus. Sicut angeli in celo: sic religiosi ordinati sunt in choro. Opus angelorum est deum semper laudare: opus religiosorum est intenta mente psallere et orare. Sic sta i choro et canta: quasi in medio angelorum stares. Recordare dilecti domini tui ihesu in presepio iacentis: aut in cruce pendentis aut in celo ad dexteram patris sedentis: tanq; coram eo assisteres et cantares. Ipse sit in corde tuo et in labijs tuis. ad pronuntiandum aperte et distincte verba spiritus sancti: cuius ope et arte diuinum officium ordinatum est. Statue ihesum ad dexteram tuā et Mariā ad sinistram tuam: et omnes sanctos in circuitu eorum. Omnes fratres tui sint tibi tanq; angeli dei. Et cum quibus nunc psallis in terris: spera etiam de cantaturum in celis. Vita pura et conscientia libera: gaudet in diuinis. Agus et tepidus homo: cum tedio psallit et somno. Si viceris accidiam et cor ab euagatione restrinxeris: viam deuotionis parases: et semper in fine gaudebis. Multe cure suffocant verbum dei: et longe locutiones faciunt distractionem mentis. Quid? quid homo ante exercet: hoc sibi frequenter postmodum in oratione occurrit. Inimicus ibi non venit: nisi ut zizania superfeminet. Deuotus choralis soli deo et sibi intendit: tāq; in celesti choro transfatus et eleuatus esset. Sumis his que in diuino officio celebrantur. non statim te effundas ad exteriora: ne perdas gratiam quam consecutus es orando: sed potius post vota labiorum tuorum te collige et in maiori gratiarum actione ab omni strepitu solus permane. ruminando que audisti cantare. Quid prodest vna hora deuus laudare: et altera secularia et inania pertractare? Noli preciosum fructum orationum tuarum. et laborē diuini operis: pro vilibus exponere iocis et nugis. Nam cito perit deuotio: que nō custodit sub silentij freno. Quādo autem tedium sentis ex longiori officio: pensa quia isto fuito euolabis ad celum. Et si hoc te non iuuat: memento quia leuius est tribus vel quatuor horis vigilare et cantare

q; vna hora in purgatorio ardere. Magnū quidem meriti est sacris canonicis horis interesse: et laudes dei alacriter cum multis fratribus persolvere in ecclesia sua. Et si non possumus sine intermissione orare aut cum perfectis contemplari: debemus tamen certis horis ad hoc deputatis omnem diligentiam adhibere: ut intēter deuote psallamus. Neq; enim in tam sancto opere tibip; solus proficit eternam a domino mercedem promittendo: sed etiam cunctis christi fidelibus. et precipue animabus defunctis prodesse potes: gratiam et veniam in quodammodo horis et missis implorando: et tanto plenius: quanto sepius et feruentius pro omnibus oraueris. Nam et pro quolibet verbo attente prolati: iusto premio nō priuaberis. Quicquid enim negligenter persoluis: inde districte punieris. Non enim est leue peccatum in presentia dei et sanctorum vago corde stare: et ad sacra verba peram attendere. Heu quāte irreuerētie est ibi inania dicta vel facta reuolueres: vbi omnibus pretermis negocij solum diuinis congruit intendere actionibus et secretis. In hoc cognoscitur verus et internus religiosus. si in dei laudibus fuerit feruenter intentus: si nil cogitare libet aut agere q; ea que deo maxime placent: et cum angelicis spiritibus communionem habent. Et hoc est semper orare deum scilicet ex toto corde laudare benedicere et glorificare. quemadmodum dauid in psalmo dicit. Benedicam dominum in omni tempore: semper laus eius in ore meo. Qui ergo a dei laudibus torpescit aut tacet aut se absentat: non est amicus dei nec ciuis celi: quia angeli semper in laudibus dei sunt: et voce consona. sanctus sanctus sanctus in laudem summe trinitatis cantant. Qui etiam aues celi recte nominantur: quia alarum suarum sonitu ad cā-tandum nos hortantur. Inter omnes operationes anime fidelis non est tam fructuosus labor: et tam acceptabilis deo seruitus: sicut frequenter deuote orare. et deum toto cordis affectu laudare. Ne igitur illis qui diuino amore non calcent: sed ad extraneas fabulas se conuertunt. qui nec orant nec alios orare permittunt: et vbi peccata sua emendare deberent: ibi veteribus malis noua superaddunt. Tales sunt qui ecclesiam tarde intrant et citius exeunt: qui breues missas pilligunt. et longas epulationes exercent: qui sa-

turati. iussibus delectantur et iocis: et pro beneficijs dei breues gratias vix debite soluunt eo quod plus corpus quam animam pascere gaudent. Non sic faciet bonus religiosus dei seruitio mancipatus: sed in memor omnium beneficiorum dei que a seculo sunt cum ihesu studeat pernoctare in orationibus. hymnos et psalmos canendo. sacras hostias offerendo et deuotis meditationibus insistendo: et cor suum ad deum semper erigendo.

De discretione in omni spirituali exercitio seruanda. Capitulum. IX.

Seruus dei cum discretionis moderamine omnia agere debet. Stude ergo viam regiam tenere: ut neque nimis laxus ad carnem nec nimis rigidus per seruorem corruas ante finem. Si vis stabilem bene viuendi ordinem seruare: inter duo extrema per medium iter intercede: ut nihil per arrogantiam ultra vires attemperes: et que comode agere preuales per inertiam non omittas. Non requirit deus a te corporis destructionem: sed viciozum refrenationem. Non erigit aliqua impossibilia: sed salutem tue utilitatem. Dat sana consilia: prouidet vite necessaria: ut bene utaris corporis seruitio ad anime profectum: et in nullo excedas discretionis modum. Nam hodie currere et cras lassus iacere: non est in via dei proficere: sed se ipsum confundere. et profectum impedire. Nunc nihil velle habere. et cras superflua sumere: non est paupertatem diligere: sed cupiditatem fouere. Nunc necessaria recusare et cras singularia querere: non est abstinentiam facere: sed gulam excitare. Nunc apposita polle comedere. et cras de defectu ciborum murmurare: non est abstinentie anime signum. sed impatiencie monstrum. Nunc tam multum legere aut scribere: ut dolor capitis sequatur: non est animam pascere: sed impotentem ad alia bona opera reddere. Hodie nihil loqui et cras dissolutum fieri aut silentium frangere: non est zelum ordinis habere: sed multos in ordine scandalizare. Hodie tam alte cantare ut cras nequeas resonare aut vix os ad cantandum aperire: non est deum laudare: sed alios in choro turbare. Quicquid modum excedit et discretionem non tenet: nec deo placet nec diu durare solet. Necessarium est ergo in omni spirituali actione ad perfici-

endum opus debite inceptum. ut communem serues institutionem. et singularitatis causas notam: atque in dubijs et obscuris causis superioris sequeris consilium: et cum discretionis moderamine. obedientiam custodias sine fictione. Sed in summo deuotionis gradu posse consistere: non est fragilitatis humane: et nimis ad exteriora declinare et terrenis inuolui. non est profectus hominis spiritualis: sed perditio totius religiositatis. Quod si speciali gratia fueris a deo visitatus et inebriatus: hominem te noueris esse non angelum: carnis sarcinam adhuc gerere non anime stolam: datam gratiam recolle non innatam. Caue igitur ne velis sapere plus quam oportet sapere: sed gaudium tempera timore: nec velis altiora presumere: ne postea humiliatus desperatione frangaris. Cum exteriorum laboraueris et necessaria negocia tractaueris: non totus inuisibilibus desinas: sed frequenter meditatione te sursum ad deum erigas. Pensa ad quid exteriora ista fiunt et exercentur: quia seruus dei iuuare debet non impedire: quatenus terrenis bene moderatis. ad eterna inuisibilia facilius tendatur. Ut autem virtutem discretionis in operando. rationum sapientie possideas in vacando: melius hoc impetrabis deuote orando. et humiliter a deo petendo: quam proprie industrie vel labori confitendo.

Oratio de felici consumatione in virtutibus. Capitulum. X.

Omnia in numero et pondere et mensura fecisti: qui famulatum tibi debitum ab omni creatura rationali vis exhiberi: et precipue in seruis tuis spontaneum seruitium diligenter exquiris: dirige actus meos spontaneos in beneplacito tuo. et ad imperium eterne dispositionis tue. rebelles motus carnis mee reflecte: propriasque voluntates integro frangere mihi concede. Sic ordinata cunctas affectiones meas. ut malas statim ab initio respuam: bonas fortiter teneam. putras diligam: teque sine corporea imaginatione contemplari discam. Sic tempera vires meas et operationes exterioris. ut non totus inherens infirmis: sed semper potens sum me conuertere ad interna: et sine graui contradictione ascendam ad celestia. Sic me conserua in eternorum desideriorum.

De disciplina claustralium Fo. LXXXIII

deno. in amore sanctarum virtutum. in fructu ne celestium: ut tu domine deus amplior inde habear honorem: et ego salubriorem profectum suscipiam. Non mihi veniat ex tua visitatione pes superbie: nec me vexet pestis vane glorie. Non me sinas sathane decipi illusionem: neque falsa rapi dulcedine: nec priuata deuotione extra communitatem recedere. neque immoderata frangi exercitatione: sed da mihi cuncta cum discretionem agere. sine solerti consilio nil pretere: cum timore et reuerentia maiestatis tue in conspectu tuo munde ac libere sine omni passione et corruptibilium rerum affectione incedere. Da humilem et quietum spiritum possidere: effusum et immoderatum nunquam esse: nulli quoque creature vicioso affectui inherere. sed tibi soli cor meum et tranquillum conseruare: ut semper ad celum me te erectus et tibi deo meo secrete intentus. a nulla re visibili capiar: sed verus mundi contemptor permaneam. Sic exteriora pro loco et tempore da congruenter perficere: ut nullum interioribus meis sint detrimentum: sed omnis labor et actio pro te assumpta: ad liberius postmodum vacandum iuuamen mihi prestent et ducatum. omne etiam quod ago exterius. aut quicquid interius intelligere possum: da mihi simpliciter et pure pro amore nominis tui honori et beneplacitionis voluntatis tue amore perficere: meque ipsum tibi in omni re desiderabili aut nature contraria prompte resignare: patienter quoque presentis vite sarcinam quoadusque iusseris et mee vocationis terminus venerit perferre: corpus quoque et animam tibi creatori meo fideliter commendare. Memento mei deus in hora extreme necessitatis: et fac misericorditer cum seruo tuo: qui non in meritis meis sed in tua miseratione et pietate confido.

De charitate dei et proximi et odio viciozum. Capitulum. XI.

Deus est beatitudo anime: nec villo bono creato fit anima beata nec veraciter sapiens: nisi deum super omnia amando. et omnia infra deum ex corde vilipendendo. Unde paulus dicit. Omnia arbitratus sum ut stercora: ut christum lucrifaciam. Charitas nobilis est virtus: ex deo nata: que animam quam replet celestem facit. et mundo alienam. Charitas odit vicia. damnat delicias: persequitur malum. et vim

facit nature: ut vincat quicquid deo et virtutibus est contrarium. Sicut aqua et ignis contrariantur: sic charitas dei et amor mundi non sociantur. Quantomagis seipsum quis vincit. et defectus suos emendat: tanto plus amor dei in eo crescit: et carnis affectus marcescit et decrescit. Qui male se habet et de se non dolet. sed incorrigibilis manet: ledit charitatem et dissipat bonum pacis. Non est apertus ad concordiam. nisi qui relinquit suos peruersos mores: quibus offendere potest deum et secum habitantes. Si vis habere charitatem dei. et seruare pacem inter fratres: frange propriam voluntatem et nihil age per elationem: sed in omnibus humilia te ipsum. Via ad charitatem: est descendere per humilitatem. Nam qui elate de se sentit longe a charitate recedit. Sepe putatur esse charitas: et est magis carnalitas. Libenter bibere vinum. et loqui cum feminis: caro est. Laute comedere et ornate vestire: caro est. Diu fabulari et parum operari: caro est. Raro orare et frequenter foris vagari: caro est. Ad meam festinare et ad ecclesiam tardare: caro est. Ille veram probatur habere charitatem: qui funditus odit mundi vanitatem: et carnales fugit familiaritatem. Sancta quippe charitas non querit in hominibus solacium terrenum: sed spirituale profectum. Nam animam potius pensat ad dei imaginem facere: carnem vero ad malum procliuam refugit ut sibi nociuam. Charitas non potest dici ubi zelus non est iusticie: nec feruor discipline. Quisquis deum et proximum veraciter amat iniuriam dei et animarum damnum dissimulare non debet. Pax cum virtutibus bona est: cum vicijs vero nunquam sed semper mala. Vbi est bonus status et pax in domo: vbi defectus emendantur et vicia cito rescant.

De abstinentia et castitate. Capitulum.

Sobrius victus et potus: sanitas est anime et corporis. Inopia rerum: paupertatem docet amare. Rara virtus continentia in delicijs. Abundantia temporalium occasio est iurgiorum et mater viciozum. Tutior est castitas in paupertate: quam in diuitijs multis. Corporalis egestas: medicinalis est aie fidelis. Dolor cordis prohibet risum: et timor dei oculos claudit petulantes. Sicut nocet visus impudicus: ita impedit

auditus de inhonestis. Cauendum est anime sancte de corporis propinquatione: quia caro cito afficit carnem. Diligere pulchra et appetere mollia: non est pro virtute castitatis. Qui autem abiecta et amara amplectitur propter castitatem: potest facilius vincere carnem. Quanto enim caro plus premitur: tanto spiritus plus eleuatur. Qui se elongat ab omni tactu corporis: percipiet in anima suauitatem castitatis. Qui diligit solitudinem: purior erit a sordibus mundanorum. Qui reputat corpus suum carcerem esse anime: non curabit illud ornare nec ostentare: quia cito conuertetur in lumen et fetorem. Exteriora hominis considerare et in pulcritudine vel similitudine gloriar: vanissimum est et viciosum. In multa abstinentia et castigatione corporis conuersati sunt sancti: et pro afflictione presenti receperunt consolationem spiritus sancti. Non est dignus a deo consolari: qui in transitorijs bonis delectatur. et de penuria contristatur. Qui patienter sustinet laborem et dolorem in seruitio christi: recipient plenam mercedem etiam pro minimo passo. Castitas multos habet impugnatores: sed qui veraciter se humiliant. et deus adiutorem sollicitè querunt. ac sensus suos caute custodiunt: victoriam christo duce obtinebunt.

De vili exercitio in vita et passione christi.

Capitulum. XIII.

Optimum exercitium et suauissimum sacrificium quod in hac vita potest haberi est vita et passio domini nostri iesu christi quia tam in vita actiua quam contemplatiua perfectissime hominem docet sine errore et multis argumentis: quod in alijs scientijs raro inuenitur. igitur firmissima et tutissima via ad perfectionem et mentis illuminationem atque eterne vite introductionem est conformari filio dei in omnibus virtutibus et moribus suis. Disce ergo ad eius amorem et honorem cuncta exercitia tua trahere et ordinare: et tanquam presentem iesum in omni loco et tempore attende: et cum multa reuerentia et singulari deuotione ad auditionem et prolationem dulcissimi nominis eius iesu caput humiliter inclina. genua flecte et cum omnibus angelis et archangelis et vniuerso cetero sanctorum maiestatem eius atque diuinitatem adora: benedic et collauda. Et hoc est christum per fidem et dilectionem habitare in corde tuo. oculos mentis ab eius imaginatione nunquam auertere: ad eius beneplacitum semper tendere. et nihil eius amoris preponere: si quic

quid boni audieris vel legeris aut feceris in ipsum totaliter reducere et finaliter referre: quia ipse est fons vite et sapientie et disciplina: apud quem non perit nec minima cogitatio de eius memoria habitata: nec vacua erit oratio ad eum cum gemitu fusa. Conforma ergo te sanctissime vite iesu eius paupertatem humilitatem patientiam et contemptum in hoc mundo pro tuo modulo imitando. Pensa qualiter ab initio sancte natiuitatis sue usque ad exitum mortis in cruce pro te laborauit pro te sustinuit. et se totum tibi impendit: quod nullus angelorum nec aliquis sanctorum fecit: ut merito super omnia diligendus sis et sine intermissione recolendus: ac summum cum honore venerandus. Istud beatus Paulus sapienter super omnem sapientiam et doctrinam cogitare scilicet iesum christum et hunc crucifixum. Et si alia multa nouerat vel legerat: nil tamen ea estimauit. ob eminentiam passionis et charitatis christi: que tanta est ut nulla creatura possit digne deo pro minimo puncto regratari. Ideoque omnibus postpositis rebus mundi et subactis carnis passionibus: dicebat idem deo iam plenus. Abibi viuere christus est: et mori lucrum. O dulce et salutare verbum: nunquam obliuioni tradendum. O felix et sancta anima que hoc dicere potest: cui christus totum est quicquid viuunt quicquid sapit: quicquid legit. quicquid intelligit: quicquid credit: quicquid sperat: quicquid amat: quicquid cogitat: quicquid loquitur: quicquid boni operatur. Vere viuunt et beate viuunt: cui christus est omnia in omnibus et super omnia singulariter dilectus: qui magis in christo quam in seipso manet: nihil de seipso tenens. sed in christo dulciter ac fruiuiue quiescens. Sic viuere est christo viuere: hoc est sibiipsum mori. et a seipso deficere et maxime lucrari: quia hoc est mortem perdere vitam eternam inuenire in christo iesu domino nostro. Talis anima licet adhuc sit in mundo et carnis nube tecta. et diuersis molestijs preffa: tamen sursum mente habitat in celo: ubi christus est in dextera patris sedes. Ad quem quotidie suspirat. desideratque tendit: et donec obtineat. laborare et orare non desistit.

De commemoratione et inuocatione beatissime virginis marie.

Capitulum. XIII.

Gloriose virginis marie benedicte matris iesu memoriam agere per omnia decet: cuius meritis precibus que

tidie te recommendare debes: et ad ipsam in cunctis necessitatibus confugere: sicut filius plagi percussus ad matrem suam dilectam. Nam dulce nomen. Marie fiduciam donat inuocanti et nominanti. Et consequenter parata est loqui verbum bonum ad filium suum iesum pro anima tribulata et miseriam patiente. Risi enim maria quotidie cum sanctis in celo pro mundo oraret: quomodo mundus adhuc stare posset: qui tam multis peccatis deum offendit. et tam parum se emendat? Inuocanda est ergo maria ab omnibus christi fidelibus: a iustis et a peccatoribus. et precipue a religiosis et deuotis personis: qui continentie propositum teneant et per sancta desideria ad celestia anhelant: et nihil cum mundo habere agere volunt. Sed quid petendum est? Primum pete indulgentiam peccatorum tuorum: deinde continentie virtutis atque humilitatis donum deo gratissimum: ut semper humilis in conspectu dei inueniaris. Vnde et abiectus desideres reputari: nec de aliquo bono velis gloriari: ne perdas totum quod videris habere. Dole quod tam longe es adhuc a veris virtutibus: a profunda humilitate. a sancta paupertate. a perfecta obedientia. a purissima castitate. a deuotissima oratione. a feruentissima charitate: que omnia plenissime fuerunt in maria matre iesu. Ideo procide ad pedes eius sicut pauper et mendicus: ut saltem minimus gradum de his virtutibus obtineas: qui ad summum ascendere non valet propter desiderium tuum. Quicquid habere desideras per manus beate marie humiliter roga: quia per eius gloriosa merita inuenitur qui in purgatorio sunt et in terra. Magna gratia magna gloria eius in salutari suo iesu super omnes sanctos in celo: sed totum pro omnibus nobis qui degimus in mundo. Secure ergo fidelitati eius te committe. cuius orationes deo sunt accepte: nil aliud tamen petens nec querens nisi quod sibi et dilecto filio suo placet et saluti tue expedit: prout ipsi melius noscunt. Pro peccatis orare et cor in humilitate custodire: multum placet deo et beate virgini. Nam ipsa de sola humilitate gloriosa est ante deum. et de ceteris tacuit: et quamcumque gratiam habuit: ab humilitate non recessit. Oret ergo voce pia pro nobis virgo maria ut digni simus gratia dei.

De suffragijs sanctorum sedule petendis.

Capitulum.

XV.

Sanctorum cum christo fegnantium suffragia instanter petere non negligas: quia sicut cernis in valle lachrymarum degis. et inter hostes quotidie versaris et adhuc longe a deo peregrinaris. Stude ergo cum sanctis et amicis dei tempore incolatus tui amicitiam facere: et ad eos specialem familiaritatem habere: et hominum noticiam et al locutiones inutiles declinare. Melior est tibi vnius sancti oratio: quam omnium secularium amicorum visitatio. Plus te consolabitur christus in silentio: quam longa hominum loquacitas in conuiuium et risu multo. Habet iustus internum gaudium: quod non percipit animalis homo inhians terrenis. Si paupertatem et simpliciter diligis: aderit tibi frequenter iesus cum angelis sanctis. Et si non manifeste tamen inuisibiliter et occulte consolabit te in scripturis. Beatus qui recreationes suas querit non ab hominibus: sed in lectionibus sacris et precibus deuotis ad beneuiuentium et ad celestia amanda: sicut fecerunt sancti visibilia contemnentes. Qualis vnusquisque est. tales etiam socios diligit: deuotus deuotum: pudicus pudicum. sanctus sanctum: vagus vagum: dissolutus dissolutum. Si ergo desideras cum sanctis regnare in celo oportet te multa pati pro deo et cum sanctis humiliter in mundo: quod parum prodest sanctos labijs honorare: et moribus contrariare. Si vis deorum sanctis placere. domum carnem frange pro priam voluntatem: certa contra vicia labora pro virtutibus. Inspice vitam sanctorum. lege doctrinam eorum: ut cum sanctis sanctus fias: et a sanctis erudiaris pro sanctis adiuueris a sanctis exaudiaris: cum sanctis coroneris. Placet eis frequens gemitus in celum: dolor pro peccatis silentium orationis: firmum propositum emendandi. desiderium proficiendi: patientia in aduerso: gratiarum actio pro beneficijs collatis. Delectant etiam sanctos cantus deuotus alacritas in vigilijs. laus pro salmodie confessio peccatorum. postulatio venie. celebratio missarum. orationum lachryme: et omnis obseruantia regularis discipline. Qui ab istis bonis tepescit et recedit. perdit deuotionis gratiam: nec est deo acceptus nec angelis charus: sed deo et sanctis omnibus contrarius. Nam qui ex deo est verba dei audit. verba dei libenter legit et scribit: libenter vigilat et orat. libenter abstinet et laborat. libenter tacet et deo vacat: libenter est in cella et in ecclesia: nunc istum nunc illum sanctum inuocando: et flexis genibus gratiam postulando pro passio-

nibus vincēdis. p tentationibus resistēdis quibus adhuc grauitur impugnat: vt eoz pibus gloriosis deuotus pmaneat: et post huius vite agonē ad eterne quietis mansio nē ptingat: vbi oēs sancti cū xpō feliciter re gnant. Non enī erit frustra petitio: corā san ctis: que pia intentōe eis offert ad honorez. Nam qui tam sedule orauere p inimicis suis dum pmerent ab aduersariis: quāto libe rius nunc orabunt p suis supplicibus. vt si bi citius valeant associari in celestibus gau dijs: quos norunt in dei seruitio quondie la borare: et p eterna vita multis suspicijs et la crimis xpī exorare. Dat magnā fiduciam rogandi sanctos: qz ipsi fuerūt hoies mor tales: p pccōres multis criminibus et varijs passionibus dudū inuoluti et grauati: sed p gratiā dei liberati et iustificati maximas nūc gfas xpō referūt. p oibus malis q euaserūt: leti in eterna beatitudine quam gfa diuina opitulante pcepere meruerūt.

De desiderio anie ad celeste desiderium.
Capitulum.

XVI

Vicum et singulare desiderium scōrū in hac vita fuit. nihil cōmune habere cū hoc seculo: sed p pemptū terre nouū tendere semp ad p̄sentā xpī et cōfortiū angelorū. Unde et beatus paulus vehemēs amator xpī. oīa terrena pfecte despiciebat. et ad celestia exēstus dicebat. Cupio dissolui et esse cū xpō. Non est oīm tale desiderium: sed pfectoz qui dicere possunt. nra cōuersatio in celis est. Nam valde pauci ita nudati in ueniunt: qui totū affectū suū ad eterna eri gunt: et de terrenis diuitijs et honoribus ni hil ambiūt. Qui aut amore christi accensi in paup̄tate in cōtemptu sui gaudent: atqz cor in humilitate dep̄mūt. et de paruis negligē tijs etiā stricte seip̄os rephendunt: qui neces saria vite sobrie et cū timore capiūt. et potius minus q̄ amplius requirūt: hi sunt veri con temptores mundi et amici dei ad patriā festi nantes. parati de corpore exire et ad xpī ci tius puenire: nō habentes qd possit eos in se culo delectabiliter retinere. Felix aīa cui ta le desiderium inest: et p singulos dies feruorez addit feruor: nō desistens orare et clamitare ad xpī donec apia sibi porta celi: et in gre diatur regnū dei cunctis fidelibus pmissus. O beata patria: vbi ppetua leticia. pax sum ma. clara dei noticia: charitas pfecta et beati tudo consumata. Ibi melior est dies vna q̄ hic mille milia: qz ibi penuria nulla: hic misere

ria multa. pax rara. cognitio parua. Quid miser loqui possunt d felicitate supna. quid mortales cape sciunt de eternitate vera et vi ta sempiterna. nisi sub quadā caligine et scri pturari velamine tecta. Veniat ergo aīa si delis. mūdī circūfusa tenebris. ad gaudia lu cis eterne. ad societate patrie celestis: indefi nenter oculū mentis sursum eleuans: vbi xp̄s est in gloria patrie p eterna secula regnans. **Explicit tractatus de disciplina claustra lium fratris Thome Kempis.**

Incipiunt vel sequunt aliqua notabilia de conuersatione eiusdem.

Hic thomas cognomēto heimer/ gyn id est malleus. qui vere mal leus existēs in suis dictis et tracta tibus deuotis et induotis. deuot os p suos tractatus excitando et pcutiēdo corda eorū ad maiore deuotionē et pfectum virtutū et gratiarū actiōes. sed induotis ex istens malleus videlicet corda eorū excitādo ad cōpunctionē et recognitionē p̄p̄nem firmitatis et impfectionis. et ad emendationē vite cōpellendo. tentatos et tribulatos cōso lando et roborando et oibus viā incipiēdi p ficiēdi ac p̄ficiēdi ostendendo vt merito si bi ascribendū sit iam illud. qui erudit mul tos quasi stelle impetuosas cēnitates. **Abul tum** affabilis et cōsolatorius fuit infirmis et tentatis iste bonus et deuotus pater et valde zelosus p salute animarū et oēs cupiebat sal uos fieri sicut seipm ideo scriptis et ammoni tionibus instructionibus. modis quibuscūqz potuit alios etiā secū trahere ad regnum celorū nitebat. sicut sanctus gregorius hor tatur in quadā omelia 22. Et quia in iuentu te incepit congregare diuitias scz virtutum: ideo sortitus est nomen bonum. Et illud tre norū tercio impletū est in eo. scz beatus vir qui portauerit iugū dñi ab adolescentia sua sedebit solitarius et tacebit quia leuabit se su per se. quod hoc sit impletū in eo considerat ur oīno in tractatibus suis et p̄cipue in solis loquiis anie quod cōposuit vbi xp̄s sp̄s eius loquit cum aīa eius scz sponse sue ibi considerat quō sedebat solitarius et tacebat et leuabit se sup se 22. Iste bonus pater solit us erat dicere quādo fuit cū cōuentu spaciādo vel cum alijs qñ sen sit inspirationem diuinā qñ sponsus eius scz iesus xp̄s voluit cum sponsa loqui. tunc humiliter petiit licen tiam dicendo: dilecti fratres oportet me ire vnus me expectat in cella. et fratres pie an

nuētes petitioni eius multū edificati fuerū et sic impletū fuit in eo illud. **Duca** eum in so litudinē ibi loquar cum eo. Et ipse thomas ad dñm illud. loq̄re dñe qz audit seruus tuus. Quid tunc loquebatur dño et quid loquebā tur ad inuicem. habemus in tractatu eius de interna xpī locutione ad aīam fidelē qui tra ctatus habet hoc idem p̄ themate in scōo ca pitulo. loquere dñe qz audit seruus tuus qd samuel ppheta etiā dixerat ad dñm qñ dñs eū vocauerat 22. Ite adhuc multa alia plu ra de eius vita et cōuersatione audiui a fratri bus illius contētus qui adhuc viuunt et vir mille simā partē enarraui scribēdo. sed quid dicam amplius? Sicut alios docuit et instru git dictando et scribendo sic ipse fecit viuēdo ope impleuit qd sermonibus dixit faciendū **Hic** thomas kempis cognomen hīs mal leus. natus fuit de ciuitate cui nomē kempis dyocesi colonien. qui studuit dauentrie in do mo fratrum scz clericorū. qui ingeniosus et doci lis fuit et tractabilis. et ideo multū fuit ama bilis dño florentio et eius fratribus: qui postea vocatus a deo p inspirationē diuinā ad ser uendū deo viuēti. acquieuit cito inspiratio nibus diuinis ne sibi ipoperaret dñs illud. **Locui** et renuisti. et illd sibi ptingeret. **Lo cabis** tu me in ofonibus si non exaudia te qz renuisti vocem meā audire. sed fecit iste tho mas kempis sicut scriptū est de feto andrea: mor vt audiuit vocē dñi vocantis se: relictis oibus q huius mūdī sunt intrauit ordinē ca nonicorū regulariū qui tunc t̄pis in breui fue rat reformatus. in domū scz in monte sancte agnetis ppe 370llis anno dñi scz millesimo quadringētesimo. Et fuit inuestitus ibidem anno dñi millesimo quadringētesimo sexto. et sic fuit p sex annos pbatus aīqz inuestit: quia tunc t̄pis fuit consuetudinis q sic pba bant prius. aīqz inuestiebant tanqz aurum in fornace. ideo aurū pbatum fuit: qz qui nō est pbatus et tentatus qualia scit? Et quia ac ceptus erat deo: ideo necesse fuit vt multis tē tationibus et exercitationib⁹ et humiliationi bus pbaretur. vt postea sciret alijs dare re mediū sicut in se et in alijs fuit exptus sepe. si cut et fecit in suis sermonibus et tractatibus **Hic** thomas multū p̄fecit in virtutibus de die in diem. p̄ficiens addens semp feruore feruori deuotionē deuotioni virtutē virtuti. ita vt oīs mirabatur de eius feruore et deu otione et quia multū humilis fuit. ideo ad deo magnā et singularem gratiam meruit habere

re sicut patet ex dictis eius Item bis sup̄ior fuit et semel pcurator. et quia multū fuit in ternus et deuotus: et ideo simplex in tēporali bus rebus. ideo depositus fuit ab officio pro curatoris et insup̄iorē iterū electus. quia sic maiorem fructū dictando contēplādō ofoni bus insistendo fecit: qd fratres cōsiderantes fecerunt sibi miscōiam eum subleuādo ab oc cupationibus exterioribus. Anno dñi mille simo quadringētesimo septuagesimo pmo obiit iste deuotus pater thomas kempis. et sic seruierat domino in ordine canonicorū re gulariū septuaginta annis in magna auste ritate vite et feruore spiritus. Et quia multos tractatus scripsit et dictauit in vita. et pauci sciunt quomodo intitulant vel vocant: ideo tabulam de eius tractatibus et libris hic inti tulare et scribere intendo. vt oīs qui legunt vel audiunt possunt scire quot sunt.

Incipit Alphabetum deuoti monachi. eiusdem thome kempis Discipulus.

Vas tuas domine demonstra mihi et semiras tuas doce me. Obsecro te de us meus doce me vias bone vite p̄d salute anime mee. **Magister.**

Aba nesciri et p nihilo reputari. hoc tibi salubrius est et vtilius quam lau dari ab hoibus. **Veni**uulus esto omnibus bonis et malis et nulli onerosus.

Custodi cor tuū ab euagatione. os tuum ab ociosa locutione: et ceteros sensus tuos sub rigore discipline. **Dilige** solitudinē et silē tiū: et inuenies quietem magnā et p̄scientiā bonam. **Ubi** enim multitudo: ibi frequenter strepitus et magna distractio cordis. **Eli ge** paup̄tatem et simplicitatem et cum paucis sis contentus: et non facile murmurabis.

Fuge homines et seculi rumores: quia nō potes satis esse deo et hoibus. eternis et tran sitorijs. **Gratias** age deo semp corde et ore qualitercūqz tibi succedit in grauamine et dolore. Nam deus oīa prouide dispensat in mundo xō et recto iudicio ab eterno. **Hu milia** te in oīnibus et sub oībus. et mereris gratiā ab omnibus. **Eris** qz deo acceptus et hoibus dilectus. et dyabolus a te fugiet citi⁹ ppter hūilitatis virtutē sibi valde cōtrariā. **In** omni opore bono habeas inrēctionem puram ad placendum deo qui inspector est cordis et diligit iustos et puros. **Ikarissimos** reputa amicos et patronos q te premūt et vituperant. Si enim recte sapis et conside

ras. lucrum inde acquies. Nam profunt ti-
bi in bono: qui obsunt in malo. **L**abore et
dolore cum gemitu et fletu acquiritur regnū
dei: delictis et honoribus peditur paradysus.
Adagnū donum dei est pauperē esse in
hoc mundo propter xpm et infimū tenere lo-
cum. **A**dagna superbia altum petere gradū
Ad alta semp diabolus suadet: honores am-
bire. fugere despectum. vt cadat ascensor ei?
retrosum. cum breue dominatus fuerit pau-
perum. **M**inima dona pro magno reputa et
eris dign⁹ maiora accipere. **N**eminē sper-
nas nulli noceas: afflicto condoleas. egeno
subuenias. et nunq; te extollas. **O**mnē tē-
pus vtiliter cum deo expendas. nihil enī pre-
ciosius tēpore. in quo pmereri potes regnū
dei impetū. omnibus quoq; te amabilem
benignum et affabilem sine dissolutione exhi-
beas. **O**mnia bona ad laudem dei referas.
et sine consilio et deliberatione nihil facias.
Primo semp quere in ope tuo an deo pla-
ceat vel displiceat: nec timore vel amore age
contra conscientia tuam. **I**n dubijs ad scri-
pturam et obedientia prelati tui recurre. nec
tibi ipsi nimis cōfide. **P**rius discite tacere q̄ lo-
qui. potiusq; velle instrui q̄ docere. tutius ē
enim velle latere quā apparere. **Q**uicūq;
ad te non pertinent de his nō iudices nec te
intromittas vt pacē semp habeas. **Q**ui cōia
sectatur et singularia vitat. magis diligitur
et citius ad bonū finem perueniet. **Q**ui tem-
pestiue facit quod debet letior postea erit.
Reuertere ad interiora cordis tui et claude
ostio oris tui ne vagari incipias p varia de-
sideria mundi consilio dyaboli. **N**ocent ma-
la audita. tētat pulchra visa: turbāt illata vi-
tuperia. **R**ecede ergo ab homine iracundo in-
docto dissoluto. et mane in silentio cum deo.
Sobrius esto in victu modestus i vestitu
prouidus in xbis. honestus in moribus. ma-
turus in consilio. fortis in aduersis. humilis
in prosperis gratus pro beneficijs. hilaris in
despectibus. patiens in doloribus. discretus
in omnibus agēdis. **T**ime deum offende-
re in minimis negligentis et defectibus tuis
noli presumere in bonis. nec desperare in ad-
uersis. **T**imor dei facit recedere a peccato. et
solllicitat in bono ope. vt bonū bene fiat. **T**o-
tum te deo cōmitte. et quod tibi est graue fiet
tibi portabile. **P**ar tua in patientia multat le-
uis est oīs tribulatio pro vita etna. **T**ūc de-
deo omnia comota tua et dabit solatia melio-
ra. adueniente gratia in yna hora. **N**emo di-

tior nemo liberior eo. qui se et omnia deo de-
dit et xpm amando emit. q̄ mundum cruce re-
demit. **X**ps sit vita tua lectio tua: medita-
tio tua locutio tua. **I**pse desiderū tuum lu-
crum tuum tota spes tua et merces tua. **S**i
aliud queris quam pure deum damni patie-
ris laborabis et requiē non inuenies. **I**m-
mos et psalmos canere monachorū opus est
et clericorū quibus congaudent angelorum
chozi laudātes deum iugiter in regno celoz.
Seruare carni mors anime. cibis verum
nidus demonum. vita pecorum. foras mor-
borum: corruptio corporum. inquinatio mo-
rum. perditio bonorum: acquisitio multorū
malorum dolorum. **S**eruare deo beatitudo
anime. sanitas corporis: prudentia spūs. vita
celestis. **D**ulces ymnos deo cantat: qui in tri-
bulatione sua deus semper laudat. **I**nitium
et finis omnis boni religiosi: deū corde ama-
re ore laudare et fratre suū exēplo edificare.
Nachee frater descēde de altitudine seculi
laris scientie: veni et discē in scola dei viam
humilitatis mansuetudinis et patientie: per
quam posses christo docente ad eterne beati-
tudinis gloriam secure peruenire. **A**men.

Incipit plogus deuoti viri fratris Tho-
me kamis psbyteri canonici regularis pfecti
si et deruncti in monte beate Agnetis prope
swallis. in smones ad nouicios regulares.

Electis i chri.
Disto fratribus innocentio sim-
pliciano ac ceteris crucifixi di-
scipulis: sacre relegionis dis-
ciplinā diligētib⁹. **F**rater pe-
regrinus in valle lacrimarū
degēs: ofonū vestraz iuuamina humilit⁹ pe-
tens. **P**ar xpi in cordib⁹ vris abundet: et pa-
tiētia multiplex vob⁹ et mihi in cruce xpi p do-
nes. **S**ermones q̄s p modū dulcis collarōis
p nouitijs nris diuersis quidē tēporib⁹ in
vni collegi: vobis in charitate cōdicare piū
censui: istūq; existimaui. **Q**uis igit incultus
sit fmo. et materia nō ardua: tū simplicibus
placere cupiens. q̄s dñs inspirauit et dedit: li-
bēter pijs et deuotis offero ad legendū. **Q**d
si forte indiscretus fmo quēpiam offenderit
peto vt venia concedat ex quo: atq; in meli⁹
reformet. quod absurdū foris sonare videt.
Et q; exēpla sepe plus mouēt audiētes q̄ so-
la ybaridcirco more bñi gregoriū instruct⁹. in
plurib⁹ locis post finē smonis p maiori asser-
tiōe exēpla quedā sicut memorie occurrebāt
breuiter annotaui. **G**ratanter fratres accipi-
te q̄ vobis sicut dilectis amicis offero: oretis
vt sint oīa ad honore dei et multorū pfectū.
Sciēdū itaq; q̄ liber iste ptinet smōes. xxx.
et hz tres partes. **Q**uarū pma pars cōtinet
nouem sermones ad designandū nouē cho-
ros angelorū. **S**cda autē pars continet ser-
mōes decem: ad designandū decalogū le-
gis. scdm numerū decē pceptoz. **T**ercia xpo
pars ptinet smones vndecim ad designandū
statū religiosoz. in renūciatiōe seculi et bai-
lacione crucis: secundū cōsiliū nri saluatoris
dicentis. **Q**ui vult venire post me abneget
semetipsum et tollat crucē suam et sequat me.

Expliat prologus.
Incipiunt tituli sermonū prime partis.
De concordia fratrum et melodia diuine lau-
dis. **S**ermo p̄mus
De laude bone cōgregatiōis. **S**ecūd⁹
De verbis et cōsilijs seniorum humiliter au-
diendis. **S**terg⁹
De bonis colloq̄is iuicē hñdis. **S**quart⁹
De patientia consuanda inter desides et pet-
uerfos. **S**quintus
De vigilis nocturnis contra impunguatio

nem soporis. **S**extus
De custodia oris et diligentia operis cū obe-
dientia superioris. **S**septim⁹
De vana gloria cauenda. et q̄ soli deo laus ē
exhibenda. **S**octau⁹
De periculo multorum malorum et multilo-
quio verborum. **S**nonus
Expliaunt tituli sermonū prime partis.

Incipit pars prima. **D**e cōcordia fratrum et
melodia diuine laudis. **S**ermo primus.

Ecce q̄z bo-
Qnum et q̄z iocūdū: ha-
bitare fratres in vni
David sanctus et ve-
re ppha magnus co-
ra dño. repletus spi-
ritus cō. multos edi-
dit psalmos: quosdā
p auxiliū postulatōe
in tribulatiōe: quos-
dā p grātū actiōe de hōstīū liberatiōe. **F**raro
vel nusq; tā bonā et iocūdā edidit sympho-
niā. sicut in hoc breui cantico graduū decla-
rauit dicens. **E**cce q̄z bonū et q̄z iocūdū: ha-
bitare fratres in vni. **O**ēs enī bonū natura-
liter appetunt et iocunditatē: malū xō et tristi-
ciā refugit tanq̄ hōis infelicitatē. **I**git de
fraterna charitate et vñanimitate loq̄ gestis
tacitis alijs bonis pñtib⁹. specialit⁹ deuotōi
fratrum pgaudebat: sūproq; psalterio iocūdo
cū cythara i domo dñi p̄nebat dicens. **E**cce
q̄z bonū et q̄z iocūdū: habitare fratres i vni
Etere fratres nulla maior extat iocūditas in
monasterio religiosoz. et cōgregatiōe fratrum
et soroz: q̄ vñanimitas animoz. et cōcordia
moz. cum obseruantia regule et statutorum:
scdm decreta prelatorū et monita seniorum.
Sed hanc sanctā ac deo placitā fratrum cō-
cordiam dyabolus omnū bonorū inimicus
oppugnare et infringere non desistit: varijs
modis die ac nocte insidias parans ad deci-
piendūz anīas desides ac vagas: et nunc qui-
dem aperte p locutiones vanas conturbat:
nunc occulte per suggestiones turpes tentat
et inquietat: quatenus nōnū christi militē a
sancto pposito reuocet: aut antiquū discipu-
lum in desidēam trahat: aut debilem in mur-
murationē tradat: aut passionatū in paffina-
tia stringat. **S**ed contra hos dolos et terro-
res sathane certat ac triūphat vñanimitis cō-
uentus fratrum multorū: qui nocturnis vigi-

his incubant. diurnis laboribus insudant: sacris lectionibus intendunt: deuotis precibus et psalmodiis in insistentia deo iubilant: et quasi celestibus tubis pariter insonando dyabolū psequunt. Vehementer enī cū affligunt cum ieiunāt. verberant cū disciplinā recipiunt: calcant cū venias perunt. premunt cū se humiliant: terrent cū iesum inuocant. torquent cum inaniā nomināt: fugāt cum cruce se signant. vident cum crucifixū adorant: viuunt cum obediūt. artāt cū in solitudine manent: ligant cum stricte silentiū seruāt. Clere hec est scā cōgregatio fratru querētū dñm: querentū faciē dei iacob: spernentū mundū: diligentū xpm. abnegantū se et oīa ppter deū: certantū ptra dyabolū. et exercitiū eius donec recedat neciā cito ī castra dei redire psumat. **P**erpēdite ergo charissimi q̄ bonū et iocundū est habitare fratres in vnu: qui in vna domo cōgregati. vnius regule. p̄fessione colligati. sub vno prelato bene ordinati: pariter surgunt ad vigilias. pariter cōueniūt ad horas canonicas: pariter incipiūt cātare et legere: pariter nitunt diuinū officium honorifice cōsummāre. **Q**uā grātū et cōmendabile collegium ad laudandū deum precipue dedicatū vbi sunt tor tubi resonantes: quorū voces in choro alacriter cantātes. **S**ed hec audietes quid dicunt demones religiosos psequētes: fugiamus inquisitū israhē. hanc sanctam et deuotā pgregationē: dñs enī pugnat pro eis contra nos. **I**sti enī sunt veri israhē: līte q̄ de egypto et secula et vite tenebris egressi. ppter xpm parentes et amicos reliquerūt: et nūc habitu scē religionis induti. deo ppe tue se vouerunt. et cōtra nos militare fortiter ceperunt: ad cōfusiōē vtiq̄ nostraz et suam gloriā augmētandā. **C**onstāter ergo fratres state armati precibus ptra aduersarios salutis vestre. nullius impetū formidātes: sed in dño cōfidētes grātiā agite de beneficijs vobis collatis. p̄ multis in seculo errātibus. **N**on pigeat oī nocte surgere ad vigilias nocturnales: sed facto signo abijcite torporē ab oculis. euagationem a cordibus: dissolutiōē a moribus. **E**ya charissimi attēdite p̄ntiā xpi. angelorum custodiam. reuerētiā sacramenti. et reliquias sanctorū: in quorū p̄spectu statis et psallitis: licet oculis corporalib⁹ eos non videtis. **C**auete diligenter a vanis fantasijis et immūdis spiritibus: ne inueniāt locū in trandi et latendi in vobis. **L**ito auertite faciē vestram a mercatu diaboli: signare

corda vestra signo sancte crucis: recurrite ad passiōē xpi erubescite alia cogitare q̄ verba dei que legitis et cantatis. **I**ncipite mō celibem vitā ducere cū angelis: pacē et cōcordiā tenete cum oībus: nulli scādali occasione detis. verbis vel actibus offensiuus. **I**n xpi charitate sup̄orate imp̄fectiones infirmorū: nō tamē cōtēntiatis vitijs aut querelis eorum. **O**rate frequēter p̄ tribulatis et tentatis: time ne vobis similia contingant. aut peiora incurrat. **O**ibus autē exemplū vere humilitatis. mansuetudinis paciētie. taciturnitatis et obediētie exhibere: vt phennē a deo mercedem cum sanctis eius electis in celo recipiat. **S**i ei minimū gaudiū cognosceretis: ad oīa que deo placent cōuolaretis: et ad chorū vbi diuina et celestia die ac nocte tractant se stinaretis. **C**um ergo tedū cordis sentitis ex onere laboris: recolite eterna premia. p̄missa vobis in celis. **U**nde beatus paulus qui plus oībus laborauit: pigros excitando: debiles confortādo: inter labores ad mentē celestia reuocabat dicens. **N**on sunt cōdigne passiones huius temporis: ad futurā gloriā que reuelabit in nobis. **N**ūq̄ poterit dei seruus vinci certamine nec grauari tēporali labore: qui eterna bona vel mala semp gerit in mēte. **Q**ui ergo desiderat habere cor purū et quietum: excludat a se omne terrenū cōmōdum et humanū solaciū. **L**ito nāq̄ perdidit celestium desiderū in silentio acquisitū: nisi fuerit cū omni diligentia ab extraneis rumoribus custoditum. **C**enobium monachorū est sicut salū mare. quod corpora mortua non pōt in se reuincere: s̄ statim ad litus putrida proiciunt sana x̄o et viuida nutrit: atq̄ ad incrementū pducens nitida intuetibus reddit. **S**ed tōte ergo. q̄ homo carnalis sub vili pāno latens diu se fringere nō potest: sed aut in se p̄ teporē deficit et a seruore arefcit: aut cito recedit. aut recedere cogitat: aut cum murmure manens fetorē de se peruerse actiōis ostēdit. **E**t quia leuis ē corde et dissolutus ore. alios sepe deridet: quia supbus et iracūdis: cōtēntiōnes inter pacificos mouet et simplices aculcat. **E**t qm̄ radices humilitatis non habet et spinas carnalitatis euellere negligit: idcirco dulces flores castitatis cum fructibus obediētie et charitatis gignere nō valet. **I**n cōgregatione deuotorū probantē corda multorū tamq̄ aurum in fornace ardentis: vtrū de sideria eorū ex deo sint. an ex carne cōcepta. **Q**ui enim propriū cōmōdū querunt et cō

munes labores et obseruantias ordinis negligenter pretereūt: hi parum in spiritu p̄ficiant: s̄ ad exteriora declinātes sepe ad pristina vicia labunt. **Q**uomodo poterit aliquis diu in disciplina et deuotione pseuerare: qui contra tētationes et passiones viriliter non pugnat. **Q**uapropter oī parua latent vitia tempestiue adhibenda sunt remedia: ne vitice crescentes bona semina premant. **D**icit nāq̄ saluator de quibusdam fictis et tepidis fratribus. in quibus non est feruor spiritus: sed tantū exterior apparet habitus humilis cū affectu honoris. **O**mnis plantatio quā nō plantauit pater meus celestis eradicabitur. **E**t vere qui non edificat domū suā supra petra firmam id est vitam suam super christum et veram humilitatem: flante vento elationis cadat a statu deuotiōis ad exteriora occupationes: et in varias tentatiōes dyaboli. **A** quibus malis nos benigne custodiat iesus christus filius dei. qui verbo et exēplo suo docuit nos humilitate cōuersari: et pacem cum fratribus sine fictione et dissolutiōe semper retinere. **A**men.

ExPLICIT sermo primus. **I**ncipit sermo secundus De laude bone congregationis.

Rater qui adiunat a fratre: quasi ciuitas firma. **D**ilecti fratres notate x̄ba ista a salomone sapiēter p̄ficiēte dicta: et tenete pseuerāter loca vestra in societate bona. **S**ustinete inuicem cum oī humilitate et māsuetudine portādo onera vestra: ppter multa pericula euadenda. et maxima premia anime vestre a deo p̄merenda. **C**ongregatio quippe bonorū est: quasi turris fortitudinis a facie inimici. **I**bi namq̄ homo securius viuit: vbi a pluribus iuuatur. et si interdum ab aliquo tribulat: ab alio rursus consolatur. **Q**ui bone voluntatis est et deum querit: inter deum querentes amplius p̄ficiet. et firmitus stabit. **I**bi homo magis in virtute p̄batur. et etercef: ibi frequēter de negligētia arguit. **I**bi ad p̄fectionē verbo et exēplo trahit: ibi suam imp̄fectionem cōsiderare et lugere cōpellitur. **I**bi alterius feruore excitatur: alterius humilitate docetur: istius obediētia mouet. illius paciētia edificat. **I**bi verecundatur esse vilior: ibi cōfundit inueniri tardior. **I**bi inuenit quos timet: ibi habet quos diligit: et sic ex oībus p̄ficit. **I**bi alterius correptiō sua fit ammonitio: ibi alienū periculū propriū efficitur speculum. **I**bi vnius alterius est custodia: et alius alium

probat in patientia. **I**bi homo portat et portatur: ibi multa audit et videt vnde doceat. **I**bi regula et sancta institutio in bono conseruant: ibi confessio et disciplina excessus emendant. **I**bi boni cōmendantur vt meliores fiant: ibi negligentes arguuntur vt referuefcāt. **I**bi homo nō p̄mittitur torpescere: nec scdm suum libitum agere. **I**bi cogitur spiritui seruire: et carnis desiderijs resistere. **I**bi diuersa sūt officia: et multa exhibent charitatis obsequia. **I**bi omnia tēpus habent: et ad opus suum quisq̄ ex obediētia vadit. **I**bi nulli ociari conceditur: sed vnicuiq̄ mensura operis iniungit. **I**bi infirmus a fortiore sustentatur: ibi sanus infirmū visitans christo seruire letatur. **I**bi vno deficiente. alius locū eius supplet: ibi sana mēbra pro debilibus sollicitantur. **I**bi actiuus pro vacante laborat: ibi deo vacans p̄ laborante exorat. **I**bi vno legente multi edificantur: ibi singuli ebdomas suas expletes seinuicē liberant ne fatigentur. **I**bi homo habet multos pro se orantes: et in extremis se contra dyabolū protegentes. **I**bi tot auxilios inuenit quos fortis habet: qui sibi in necessitatibus assistunt. **I**bi feliciter obdormit in domino: ibi multorum intercessiōibus citius liberatur a purgatorio. **I**bi post mortē heredes dei seruos sui vtiq̄ interdum memores relinquit: quorum pia studia. sua erit in celo leticia. **I**bi labor suus et bona conuersatio obliuionem non accipit: sed multis posteris ad exemplum proficiet. **I**bi sequentes pro predecessibus suis orare tenent: et dominū pro benefactorū beneficijs laudare. **I**bi quicquid boni agit: ad oī ibidem quiescentiū participationē puenire credit. **I**bi qui adhuc viuunt p̄ defunctis fratribus solliciti sunt vt a penis soluantur et qui iā cū x̄po regnāt p̄ peregrinātib⁹ sup̄licat vt in bono pseueret: et q̄ adhuc sup̄sunt ad fratres suos venire desiderant. **I**bi singulare bonū fit cōmune: ibi tēporale trāsit in eternum. **I**bi tēporaliter cōiuncti: eternaliter erunt congaudētes. **A**gnū igit et iocundū bonū: habitatio multorū deuotorū in vnum. **Q**ui in sancta cōgregatione vsq̄ in finem. pseuerauerit etiā si imp̄fectus fuerit: ppter multorū ofones et merita p̄fectorū ad beatū finē deo p̄picio pueniet. **Q**ui autē bonā congregationē deserit: quasi extra portū stabilitatis et salutis diuertit. marinis pcellis se exponit. **Q**ui enī de medio cōgregatiōis se sepat: incertū est vbi adhuc pseuerabit. **S**inis cito

deklarabit: vtrū ex deo an ex passiōe recessit. **A**neas ergo in medio scē cōgregatōis: et manebit tecū dñs. Ipse enī ait. Ego in medio vřm sum: sicut qui ministrat. Et ad discipulos inquit. Vos estis q̄ p̄nāstis mecū in tentatōibus meis. Si bon⁹ es: mane et edifica alios. Si peccator es: infirm⁹: manevt edificeris ab alijs. Quocūq; autē prexeris. scito qm̄ dyabol⁹ tibi aduersabit: et sequet te tua passio etiam si solus fueris et inclusus. Sepe nāq; ex x̄bis leuib⁹ et habitu curioso exteri⁹ cognoscit stat⁹ mētis qd̄ vanitat⁹ gerit int⁹.

Exemplum duorū fratrum. **V**enerūt aliqñ duo fratres ad domū cuiusdam nobilis viri et terreni pñci pis: p̄ aliq̄ causa monastice vtilitatis. Intuens ergo eos diligēter pñceps honestus: cōsideravit habitūz mores virozq; extrinsecus illis autē recedētib⁹ dixit vir sagax domicel le sue in secreto: nulli tñ palā derogādo. Uidebat mihi q̄ vnus istoz aut nouit ibi venit aut cito inde recedere velit. At quē dñā amurās ait. Uñ hoc scitis: Rñdit. Ex dissimili veste et gestu in verbis et morib⁹: cōiecturo differētiā pñciatōis. Post breue igiř tēpus res latens apparuit foris.

Aliud exemplū notabile. **Q**uidā deuotus grauit̄ a dyabolo tētatus: exiit de p̄gregatōe fratrum ad captādā solatiā mūdi in ludicijs vanis. Relicto igiř humili cetū clericorū: sociauit se frequēter p̄ubernijs laycorū. Quadā x̄o die exiens portā ciuitatis cepit cū sodalib⁹ suis p̄ pecunijs ludere: diuq; ludens p̄didit pecuniā t̄x̄ et qd̄ pecius est bone p̄sciētie famam. Finito tandē pyramidis ludulo: coactus est soluere debita sine dilationis termino. Recusar itaq; trifatoribus trifam reddere: repugnat fortiter. nitit̄ effugere: sp̄ote nihil soluere contēdit. Lōmoti ergo. lusoꝝ et cōglobati p̄ter aduersus debitorē p̄fidū tanq̄ canes rabidi cōtra lupum: clamāt trahūt. verberāt manibus. maledicūt verbis: redde trifator quod debes. Sed cū nō acquiesceret ex actoribus suis: irati nimis redderūt ei multa dura verbera p̄ denarijs paucis. Demū resum̄pto spirītū: a quibsdā in opidū ē reductus. Adāuit ergo deuotis fratribus patriotis suis obsecrans p̄cibus multis vt cū vīstaret grauatū languorib⁹: recitans corā eis hystoriam sue misere passiōis. versa enī erat cythara mundane ludificatōis: in luctū acerrime afflictionis. Quibus auditis vīstāt egrotū

beniuoli fratres cōpatiēdo anime afflictionē crepant tñ seriose erroneū p̄ admissio scelere: dicētes digna eū recepisse verbera iuxta illa euangelica dñi verba. Exi cito in vias et sepes et cōpelle intrare. Si enī inquit in p̄gregatione māsisses: tot plagas non recepisses. Tunc multum ingemiscens: fatebat̄ stulte se egisse et peccasse. Idcirco inquit si cōualuero fauent⁹ dñō me emēdare ppono. Abult autē ex fratribus hec infortunia audiētes timore correpti sunt: et constātiores effecti in melius p̄fecerunt. iuxta illud salomonis. Peshilēte flagellato: stultus sapiēti⁹ erit. Bonū est ergo in domo cū fratribus manere et a societate seculari abstinere: et sine cōsilio prelari nō attētare: nec exitū p̄ licentiā extorq̄re fraude vel p̄ce. Nam sepe penitet in fine: qd̄ male acquiri p̄p̄ia voluntate. Qui vult p̄ficere et in cōgregatiōe perseuerare: debet apertus esse prelato suo in cōfessione: fidelis in opere verax in sermone. Debet inter fratres esse verecundus humilis et citus quicus: pius moderatus patientis gratus et obsequiosus. Ita faciunt deo carum: hominibus a mabilem et nulli onerosum.

Aliud exēplū de qdā clerico sepe euagātē. **C**lericus quidā in p̄gregatōe fratrum studiū causa habitabat q̄ p̄reueatōe querēda sepe ad amicos diuertit: sepe etiaz loca et domos religiosorū vīstauit. Dixerūt q̄ ei fratres et cōstūdētes socij sui: mētes sibi piculū ex frequēti discursu imminere. Si vis in bono statu pseuerare: noli extra domū tā sepe vagari: cauē amicos vīstare: et familiaritates seminarū. Cū q̄ sepi⁹ et serio se a multis amonit⁹ esset: et prauā p̄suetudinē nō resocaret: tandē tentationē crescēte scām societate reliquit: et ad amicos rediens vxore accepta totus secularis et vagus effect⁹ est.

ExPLICIT fmo secūd⁹. Incipit tercius. De x̄bis et cōsilijs seniorū humiliter audiendis. **I**nterroga patrē tuū et annūciabit tibi. maiores tuos et dicēt tibi. Dilecti fratres audite libet̄ salutaria monita seniorū vřorū: et nolite esse prudētes ap̄d vosmetipsos: ne incidatis in laqueū dyaboli et scādālū anie vře acq̄rat̄is. Nolite altiora q̄rere: nec curiose aliorū facta p̄scrutari: s̄ qd̄ velit deus et qd̄ p̄missis seruare: omni tēpore cogitens. Dixit quidā deuotus religiosus. Qui de omnibus alienis tacet: de omnibus pacē habet. Speciosum

verbū vtile et semp̄ aīo retinēdū. Quāto enī q̄s lanus foris extēdit: tanto intus minora ē. Nemo q̄ alios inspiciēdo se negligat: s̄ ante oīa curā sui gerēs de reliq̄s taccat: q̄ ad eius p̄missionē nō spectāt. Idcirco qlibet intern⁹ esse cupiēs cum psalmista dicat. Aīa mea in manibus meis sp̄: et legē tuā nō sum oblitus. Quicūq; voluerit in spū p̄ficere: det se sepi⁹ ad orōnē et s̄lētū secretū: caueat multas q̄stiones et fabulatōes lōgas texere: s̄ potius cū scō dauid deuote oret. Dñe ad te p̄fugi: doce me facere volūtates tuās. Si queris q̄ sit volūtas dei. rñdit b̄tus paulus plane ac lucide oībus nobis. Nec est volūtas dei: sc̄ificatio vřa. Que est sc̄ificatio ista: nisi abstinere a malo et exercere se q̄tidie in bono? Si ignoras qd̄ deo magis placeat et qd̄ vtilius agere debeatis: ite incūctāter et interrogate diligēter a plato vřo. aut a seniorib⁹ magis exp̄s: ne p̄tingat vos in p̄p̄io sensu abundare et errare. Que est causa q̄ tā multi a p̄ma deuotiōe tepescūt: et tam parū i veris virtutibus p̄ficiūt? Quia p̄ch dolor a scō proposito paupertatis et simplicitatis qd̄ a senioribus acceperūt et didicerūt paulatim recedūt et potius p̄p̄ias inclinātes sequunt̄: et nouas p̄uētiās fingūt. simplicitas et humilia ab horēt. familiaritates hoīm querunt: scām suā ostēdere appetunt: et sup̄ seniores etiā doctos se arbitrant̄. Et vtiā nouiciorū humilia exercitia iterū apprehēderent: et parū ammonitionē gratāter accipēt. Fr̄es. nemo erubescat a senioribus eruditum: nemo spernat a minoribus edificatiōis verbū audire: q̄ s̄ est humilitatis cōmēdabile signū: hoc spūalis p̄fectus est valde bonum p̄sagium: iuxta illud salomonis. puerbiū. Audiēs sapiens sapientior erit: et intelligēs gubernacula possidet. Qui vult sapiēs esse et doctus reputari anteq̄ audiat et discat: diu stultus int̄ sapiētes remanebit. Prouerbiū veridicum est. Qui nō vult audire magistrū vt bonus discipulus: hic cū discolis verberabit vt asinus nudis. Considerate iam psequēter ex scripturis vtriusq; testamēti scōs p̄res et doctores p̄p̄heras et aplicos viros scia et virtutibus p̄claros: q̄s solliciti fuerūt tam in vita q̄ in morte instruere filios et subditos suos: q̄ m̄lta secreta dei p̄dixerūt eis de futuris et celestibus bonis sub diuersis figuris et parabolis: q̄tenus oēs auditores suos beniuolos redderent ad obseruātiās legis: et cupidos facerent et oīa diuina p̄missa tam p̄ntia q̄ futura

pcipiēda. Moyses enī doctor et legislator p̄cipu⁹ sic ait. Audi isrl̄ p̄cepta et iudicia q̄ ego doceo te: vt faciēs ea viuas. Non addetis ad verbus qd̄ loquor vobis. neq; aufere: tis ex eo et docebis ea filios ac nepotes tuos. Et rursum in alio loco. Diliges dñm deū tuum ex toto corde tuo et ex tota anīa tua: et ex tota fortitudine tua. Eruntq; verba hec que ego p̄cipio tibi hodie in corde tuo: et narrab ea filijs tuis: et meditaberis sedens in domo tua et ambulans in itinere dormiēs atq; con surgens. Et ligabis ea quasi signū in manu tua: et mouebūt inter oculos tuos: scribeb̄q; ea in lamina et in ostijs domus tue. Ecce q̄ sancta mandata ac religiosa exercitia diuine doctrine. p̄posita sunt nobis p̄ moysen: etiā cūctis fidelib⁹ digne imitāda. Post moysen sanctū surrexit ioseph in loco eius fidelis minister electus ex milib⁹: cui dixit dñs. Si cut fui cū moysē: ita ero et tecū. Confortare et esto robust⁹ valde: et custodias et facias oīm legem quā p̄cepit tibi moyses seruus meus: nec declines ab ea ad dexterā vel ad sinistrā. Et q̄ moyses posuit sup̄ eū manum suā meruit b̄ndictionē diuinā: repletus est spiritu sapie q̄ maxime necessaria est pro bono regimine in ciuitate et multitudine: et obediētiā ei filij israel sicut moysi iuxta p̄ceptum dñi libes audiens quilibet frater nouicius vel p̄fessus. debet trahere vtile exēplū ad seipsum obediēdo humiliter plato suo aut seniori fratri. p̄pter deū: vt mereat̄ habere b̄ndictionē celestem: p̄pter humilitatē suā et obediētiā p̄mptam. Nam humilis obediētia specialē meret̄ a deo gratiā: et defendit a multis dyaboli laqueis: et excusabit in iudicio de malis sibi obiectis et offensis. Idcirco rogo vos iuniores audite humiliter seniores q̄ h̄nt longā exp̄ientia in multis: q̄ diu portauerūt in ordīne p̄odus dici et est: sepe corpe fatigati sepe mēte afflictī. Quos de⁹ fortit̄ p̄bauit i camīno paupertatis tanq̄ aurū in fornace ignis: et post lōgā inedia et angustia cordis p̄solar⁹ ē eos sepi⁹ gaudio spūssati et dulcedie sac̄ifici: cut olim i deſto filios isrl̄ panit māna celesti. Legit in p̄mo libro regū q̄ samuel car⁹ deo et hoīb⁹. cū adhuc eēt puerul⁹ a scā m̄se sua anna deo oblat⁹ ē et b̄l sacerdoti ad erudiēdum cōmēdatus: quatenus eius magisterio a puericia assuesceret deo in tabernaculo altaris humiliter seruire: et fm̄ legei dei bonis morib⁹ ad altiora sacratoria capiēda paulatim p̄ficeret. Qd̄ et factum est deo feliciter

annuete. Qui in oibus agēdis cōsulēdis sacerdoti suo tanq̃ vicario dei studuit incūctanter obedire: vt nec ad domniendū quidē sine eius licētia ire p̃sumeret. Nam trina vice a dño in nocte vocatus: statim de lectulo surrexit. Et q̃ diuinā reuelationē adhuc igno- rabat: ad notā sibi sacerdotis p̃fūā p̃mptu- lus cucurrit: et vocē quā audiuit iudicio pre- lati sui exposuit: plus credens industrie seni- oris ac cōsilio sacerdotis: q̃ sue innocentie q̃ de facili poterit in secretis dei decipi aut ina- miter eleuari. **Q**ualis hic erit puer i futuro qui tam obsequiosus et obediens fuit seniori in vite p̃mordio. Certe crescentē etate: cōcre- uit et altioris reuelatiōis gratia: vt post mor- tem sacerdotis sui iudex fieret totius populi et ex iussione dñi reges vngeret: et ṽtute ora- tionis potentia inimicorū debellaret. **C**ogno- uerūt enī oēs a dan vsq; berfabee: q̃ fidelis samuel propheta esset dñi. Qui sepius con- uocans populum et dei beneficia q̃ plurima memoras: redarguit eos de stulta ydolorū cultura: et de magna ingratitudine eorū post tanta bñficia data. Et q̃ deū sepius offende- rant: ideo grauissime ab hostibus castigari meruerūt. Deinde ad sacre legis obseruanti- am sollicitē reuocat oēs errātes: et ait. **A**ufer- te deo alienos: et preparate corda ṽsa dño: et seruite illi soli: et liberabit vos de manib; ini- mitorū vestrorū. **D**auīd quoq; rex potēs et sanctus a samuele oleo sc̃to in principē p̃fū vinctus: cū plurib; annis israheliticū regnū strēnue gubernasset: ante mortē suā vocauit ad se salomonē filium suū: p̃cepitq; ei dicēs. **E**go ingrediar viā vniuerse terre: cōfortare et esto vir: et obserua custodias dñi dei tui: vt ambules in vijs eius: et custodias ceremoni- as eius: et p̃cepta eius: et iudicia et testimonia sicut scriptū est in lege moysi. **R**ursus i psal- mo quodā sp̃s sancto afflatus: p̃p̃m sibi cō- missum erudiēs et ad diuinū cultū exhortās orat et dicit. **A**tredite popule meus legē meā indinate aurē ṽsam in verba oris mei. **Q**uā- ta mandauit patribus n̄ris nota facere ea fi- lijs suis: vt cognoscat generatio altera. **F**ilij qui nascētur et erigētur narrabūt filijs suis vt ponāt in deo spem suā: et nō obliuiscant operū dñi: et mandata eius exquirant. **E**cce q̃ deuota ammonitiō gloriofī regis: ad cu- stodiam sacratissime legis. **S**alomon q̃ sapiētissimus regū paterna ṽstigia sequēs: inter multas puerbiorū sententias iuuenes sic instrūēs ait. **A**udite fili disciplinā p̃ris: et

attendite vt sciatis prudentiā. **B**onū bonū tribuā vobis: legē meā ne delinquantis. **M**as et ego filius fui p̃ris mei tenellus et vnigeni- tus coraz matre mea: et docebat me atq; dice- bat. **S**uscipiat verba mea et cor tuū custodi- p̃cepta mea et viues. **P**osside sapientiā possi- de prudentiā: ne dimittas eam et seruabit te. **E**cce q̃ vtilē doctrinā tradit sapiēs iuueni- bus et p̃cipue vobis nouicijs scolā dei ingres- sis: quatenus deo fauētē in virtutibus vsq; in senectam p̃ficiatis. **R**egis etiā in libro primo machabeorū de mathathia viro cla- rissimo et emulatore legis p̃stantissimo: quia zelo dei inflamatus et diuino auxilio atq; hu- mano potenter accinctus impios ac deserto- res paterne legis de finib; suis expulit: ne- glecta patrū priorū statuta ad sanctam deo placentē obseruantia decēter p viribus re- formaunt. **Q**ui nihil aliud in cunctis bellico- sis actibus suis p̃tendit: nisi vt honor dei et cultus in sacris legibus firmissime starent: et p̃lis desolatus deo seruiedo felici pace gau- deret: atq; summa exultatiōe p̃eum omnipo- tentē cordibus sinceris coleret: ac vocibus io- cundis iugiter collaudaret. **H**ic tandē post multa inclita bonorū operū gesta moritur. et paterna charitate de futuris sollicitus ne bonū pio conamine inceptū p̃desidiā depe- rirēt: cōuocatis ad se filijs et amicis zelus dei habētibus cōfortauit corda eorū sermonib; optimis cū multis sc̃toꝝ p̃cedentiū exēplis: et ad p̃seuerantiā boni status iam incepti sin- gulos strēnue exhortās et dēp̃cans ait. **N**unc ergo o filij emulatores estote legi: et date ani- mas ṽsas p̃ testamēto patrum. **A**dmētote operū patrū q̃ fecerūt in generationib; suis: et accipietis gloriā magnā et nomē eternum. **S**aluator q̃z n̄r dñs ihs x̃ps pacto p̃ pas- sionē et crucē suā redēptiōis n̄re misterio p̃ beatā resurrectionē suā aparēs frequēter di- scipulis suis: inter m̄tra sacrata verba q̃bus eos sapiētē et exp̃sse instruxit: h̄ finaliter sa- lubriter intulit. **E**ūtes ait in mūdū vniuersū p̃dicate euāgeliū oī creature: et docete oēs gē- tes seruare oīa quecūq; mandauit vob. **D**ile- lit et meritoria obediētia: q̃ nil aliud cogitat q̃ bñplacitū et volūtatē p̃ris celestis desides- ranter implere. **Q**uā sc̃ra ania q̃ nitit se reser- gnare: et totā vitā suā moribus x̃pi p̃formare. **V**ere optimū exēplū bñ viuēdi reliq̃t oibus nobis ihs x̃ps. **I**pse magister omnium: ipse li- ber et regula religiosorum: ipse conuentus mo- nachorum: ipse textus et glosa decretorum.

Ipse forma vite clericoꝝ: doctrina laicoꝝ: lucerna fidelū. leticia iustorū. gloria angelo- rum. finis et cōsummatiō oīm desideriorum sc̃toꝝ. **R**egis etiā in actibus ap̃loꝝ de be- nissimo paulo ap̃lo. q̃ in initio cōuersionis sue vor celestis dixit ad eū. **S**urge et ingre- dere ciuitatē: et tibi tibi dicet quid te oporteat facere. **Q**ui statim surrexit et voci dei obedi- uit: factusq; est sc̃tus et magnus p̃dicator in orbe terrarū: q̃ prius fuerat p̃secutor ecclesia- rū. **H**ic p̃fecte abrenūciatiōis exēplū ostē- dit oibus religiosis: p̃cipue tñ obediēte for- mā reliquit nouiter cōuersis: vt oī hora cum paulo dicant. dñe quid me vis facere. **E**t sic tunc de subita cōuersione eius stupebat oēs qui eū nouerāt: ita et nunc mirant et gaudēt de eius doctrina cuncti mūdī sapientes. vbi- cumq; x̃ps fuerit notat. **I**demque diuina cha- ritate accēsus: oēs ad amorē x̃pi hortabatur dicens. **I**nitatores mei estote charissimi: si- cut et ego x̃pi. **D**e q̃ in actibus ap̃loꝝ scribit: q̃ cū barnabā ad p̃dicandū gētib; verbū dei missos fuit et plures ad fidē x̃pi cōuertit. **P**ost aliq̃ autē dies dixit iterū ad barnabā paulus. **R**euertentes visitemus frēs p vni- uersas ciuitates in quibus p̃dicauimus ver- bū dñi quō se habeāt: vtrū p̃ficiāt an defici- ant in bonis inceptis. **E**t iterū. **P**aulus x̃o electo syla p socio ad p̃dicandū ydoneo. p ambulabat syriā et ciliciā p̃firmās ecclesias: p̃cipiēs seruare et custodire p̃cepta ap̃loꝝ et seniorū. **E**cce frēs tam multa bona audi- stis q̃ solliciti fuerūt sc̃ti viri t̃pibus suis do- cere filios suos et subditos vt ambularēt in sacris dei p̃ceptis: q̃ sc̃tē cōuersatiōis exem- pla etiā reliquerūt posteris suis: q̃ ipi prius a patribus et senioribus frequēter audierūt et didicerūt. **S**ic ergo et vos charissimi tanq̃ nouelle oliuarū plantati in domo dñi. state in obediētia et disciplina claustrali: tenete tradiōes seniorū et statuta capli generalis: p̃- uenite ad ordinem diuinā inspiratiōe p̃sa- lute ṽsa. **G**ratatē accipite monita p̃latorū ṽsoꝝ: et patiētē sustinete correptiōes eorū: q̃ melius ē q̃ ipsi vos modo corrigāt: q̃ di- abolus grauius in futuro vos puniat et de- fudat. **S**i enī nunc p̃pter x̃m hūiliter cōsilijs seniorū acquiescitis: et p̃p̃iaz sapiam re- linquitis: tūc magnā pacē habebitis: et per gratiā x̃pi eternā beatitudinē recipietis. **A**me. **E**xPLICIT sermo tercius. **I**ncipit quartus. **D**e bonis colloquijs iuicē bñdis. **B**i enim sunt duo vel tres cōgre-

gati in nomine meo: ibi sum in medio eorū: dicit dominus. **A**ttendite dilecti fratres p̃es- sentiam chasti in omni loco vbi cūq; conue- nitis siue ad orādū siue ad laborādū: ne ali- aliū impediāt: aut verbo vel signo leuitatis offendat. **S**i ergo data licētia loqui interdū vobis liceat: sit sermo de deo et deuotis ma- terijs ex scripturis sc̃tis: q̃ vos edificēt i vir- tutibus et cōsolent in aduersis. **S**ic fecerunt olim sc̃ti p̃res in egipto: qñ cōuenerūt p̃ter p̃ cōsilijs et remedijs in tentationibus supe- randis. **D**e seculi x̃o rumoribus et varijs ho- minū statibus loqui caueatis: nec aliq̃ se- cularez temere iudicetis: qñ deus iudicabit oēs iniqua agētes. **N**ulla igitur cura vobis sit de t̃pilibus rebus cogitare: nec inde fabu- lari: s̄ tñ de sp̃iali p̃fectu in virtutibus et de remedijs vicioꝝ ṽsoꝝ. cōmittatis oīa exte- riora et negocia domus deo regēda et p̃latis ṽris disponēda: qui rōnez reddēt in iudicio de sibi cōmissis. **E**os estote pacati et grati o ministerio q̃adiano vobis exhibito. p̃tentī stipēdijs ṽris i victo et vestitu moderato: nō curiosa nō sup̃flua. nō recētia. non molliora querētes: s̄ sicut boni simplices filij dei sine querela et disceptatiōe inter frēs p̃uersantes: indignos vos oībus his bñficijs ex hūilita- te reputetis. **S**erueat mens ṽsa in celestis re- gni desiderijs: et in deuotis exercitijs. **A**lius aliū p̃ire conē: et p̃ter x̃m et hunc crucifixū nil scire nec cogitare libeat q̃tenus oīa secu- laria et carnalia ex amore et cōdolore crucifi- xi in nauseā vertāt: et p̃nē labor breuis et sa- alis vobis appareat: et disciplina regularis vite in dulcedinē et bone cōscie iocūditatē p singulos dies p̃uertat. **T**unc enī x̃ps vobis orātib; et colloquijs inter vos p̃morabit docēs vos t̃rena despiciere. et amare celestia et p̃tra diabolicas tentatiōes fortiter certare ac passiōes carnis refrenare. **Q**uare enī ve- nistis de seculo: nisi vt tota spes ṽsa esset in deo: et cōsursū in celo. **Q**uia ē elegisti reuē- ciare seculo. et seruire x̃po in mōasterio: fugi- te hoīes seculares. relinq̃te amicos carnales q̃ p̃nt vos in deuotiōe ṽsa impedire et ad no- civa desideria fabulādo trahere: nec aliq̃ fructū aie ṽse p̃ferre. **Q**uo rarior breui lo- q̃mini hoīb;: tāto securus ē p custodia cor- dis et oris. **E**st multū p honore ṽstro et fa- ma ordinis si pio reuerentia hospitum in p- senna eorū verecundi et taciturni apparea- tis: plus enim edificabit bonis moribus q̃ curialitate sermonis. **E**x vno indiscipli-

nato verbo arguit vos leuitatis et imprudentie: et sub habitu religionis coniecturat vulpe latere: oue se fingi. Pauci igitur sunt sermões vñ viles et circūspecti: quia verbū ociosum nō erit impunitū apud deū. Pro h̄ cauēdo silētiū est amandū et seruandū: et a sc̄tis patribus antiquis et modernis platis nris i religione salubriter institutū. In nullo deniq; statu et ordine stabit pax et disciplina: si nō assit cēsurā silētiū detis amica: q̄ est deuotōis nutrimentū pientōis obduratio. vanitatis fuga. In silētio discatis: q̄liter et cui loq; debeatis. Ex vanis verbis sit animus vagus et lubricus: vitales ad interiora sua redire post lōgos gemitus et fletus. Et diuinis vō colloquijs nascit amor dei. edificatio. p̄mi: odiū mundi desiderium regni celestis: dolor de pctis. feruor charitatis. refrenatio cupiditatis. et renouatio totius interioris hominis in speculo sc̄issime vitē nri saluatoris. Ipse enī ad se dignat de seloquēbus: ppe est oibus se inuocantibus. Excitat verbo sc̄to torpentes. confortat debiles: adiuuat fortiter dimicantes. coronat vincētes: terret p supplicia. hortat p exēpla bona: consolatur p dona. pmissa: letificat tpali grā gratis data: b̄nficat eterna celi gloria manifestata. attestatē psalmista. Satiabor inq; cū apparuerit gloria tua. Tam pius et misericors est ihs: taz dulcis et mitis est xps: vt si q̄s ei locū i corde pparauerit: absq; dubio lumē gr̄e sue libet̄ illi oīderet: et cū eo cenabit. Si solus est: legit aut orat: ihs vult esse sc̄os. Si duo sūt legūt aut cātāt: ihs vult esse tercius. Nec vacua erit peticiō isto: q̄ in noīe iesu pgregatorū. q̄ bona fide humiliter et deuote supplicat: si tñ in oī re quā petunt et desiderāt eius b̄nplacitū querūt. et sue pprie volūtati renūciāt: illud gratissimū xpi verbum dicētes. Pater nō mea volūtas: s̄ tua semp fiat Amen.

Explicit sermo quartus. Incipit quintus
De patientia conseruanda in ter desides et peruersos.

Olite timere. Dilecti fr̄es nō turbemini: nō si interdū cōtingūt aliq̄ in religiois defectuosa q̄ vobis displicet: aut si aliqui recedūt a pgregatōe bonorū: vel si tepidi cōuersant cū eis. ppter tentatiōes dyaboli q̄s quidie in dei seruitio patiunt. Nā h̄ tristitia hūane fragilitatis tentamēta etiā ptingerunt an tpa nra: sicut de multis sc̄tis et religiosis viris legim: qui iā in toto orbe a multis hono-

rant. Nos quidē fragiles sumus: et ad maius p̄liū adeo necessariū est nros prauos mores p statu artari: et q̄si indomitos pullos ad stipitē sc̄tē crucis p noīe iesu ligari: ne fm̄ ppria desideria viuēdo declinemus a via recta sc̄toz: qui p angustā portā intrauerunt ad regnū celoz. Oremus ergo. p inuicem vt deus adiuuet nos et cōfortet in oī tribulatōe et tentatione nra: et custodiat ab infestatōe et deceptōe inimici: qm̄ vbiq; circuit querēs quē deuoret: quasi arte aliq̄ue de medio pgregatōis trahāt ad seculū et de seculo ad infernū. Vbi nulla est redemptio s̄ sempiternus horror inhabitat: ibi aīe querūt mortem et nō inueniūt: ibi cruciā die ac nocte in igne et sulphure: qz hic modicā agere p̄niam noluerūt: et tps suū tam vane et infructuose expenderūt. Fr̄es nō queramus quietē et cōmodū carnis sicut seculares: s̄ laborem et dolorem p pctis: resistamus vicis sepe cū nando orādo legēdo meditādo. Certe non habebimus pacē et quietē sup terrā vbiq; fuerimus vel etiā p̄eritimus p solatio habēdo: vel p tēdio releuādo: aut p laboris onere diminuēdo: nisi cōuertamus nos ad xpm̄ p orōnē et p̄titionē pctōz: cū firmo pposito agendū semp p̄niam: vt possimus p hunc leuem laborem et breuē dolorem eterni ignis euadere penā. Pax nra et quies bone vite est in multa patientia fm̄ vitā xpi et exēpla sc̄toz nō in longa fuga p loca arida: nec in nauicula p flumina transmarina. Jonas propheta fugere voluit a facie dñi: nauē ascendit sed nihil ei p̄fuit. Tradidit se soporū. quietē quēsiuit: s̄ non inuenit. Latere se credidit. s̄ deus absconditū pdidit: tēpestatē mouit et mare turbauit. Tunc dormientē nautē excitāt in crepant et in aquā p̄ficiūt qui mor a pisce de glutinis q̄si fugitiuus et inobediēs in ventre ceti p culpa incarceratur. Clamauit ergo in arto carcere clausus: orauitq; dñm vt liberaretur de tantis piculis maris et angustia p̄scis. Tandē vō oī hūano auxilio destitutus cognouit in afflictōe sua qz manus dei effragere impossibile est: et diuinis obedire pceptis tunissima aīe salus. Non ergo fugiamus labores et angustias p salute nra in religione subortas q̄d bus antea nesciebamus: sed stemus firmi certem? virili obediā? festinatē: oremus frequēter. laborem diligēter. taceam? libet̄. Sustineam? nos ppter xpm̄ patient sicut oēs sc̄ti fecerūt q̄ grauiora p̄p̄s si nūc gaudēt i celis et dicūt. Trāsiuim? p a-

quā et ignē: et eduxisti nos in refrigeriū semperiternū. Inter multa picula versamur. et qui tentat nos et vexat nō dormiūt nec quiescūt: s̄ querūt nos decipe et a bono incepto impedire. Nō tñ desperem? nec orare et clamare ad xpm̄ cessamus: etiā si tepidi et aridi sepi? fuerimus et p angustia cordis ignoram? qd agere debeam? qz forte pbat nos de? in paucis si vere cū diligim? nō verbis tñ s̄ factis et plagis. Igitur surgētibus vētis duris nō retrocedamus: s̄ man? ad remos ponam? arma spiritualia arripiam?. animū triste erigam?. de nouo incipiam?: et multo fortius q̄ fecimus ptra carnē. cōtra mūdū. et ptra dyabolū certare studeam?. Quāta enī durior pugna: tāto gloriosior corona: et quāto frequēti? vera tō tribulātis: tanto laudabilior virtus patientis. Multū impedit pusillanimitas cordis. cito amittere p̄fidentia in aduersis: negligere sc̄tū. ppositū. reuoluere seculi statū. imitari amicorū p̄niam. sociorū p̄sare iocunditatē: q̄ oīa sunt vanitatis et fatuitatis: sicut finis repetit? oīs delectatōis et honoris ostēdit: vita nra fr̄es et religio p deo assumpta i quidiano certamine p̄sistit: sc̄s ptra vicia certare q̄ oī loco et tpe in choro et dormitorio. in silentio. in labore nos psequunt et tentāt. vti nā nō vincāt. Ideo non mirū si interdū labimur et vulneramur: si leuiter offendimus et offendimur in verbis in factis. pp̄is vñ aliis. Hoīes sumus nō angeli: mortales sum? et fragiles pctōres: exules sum? et pegrini nō quies celis: instabiles et p̄ni ad vicia: nondū pfecti in grā. nec beati in gloria. Ista confideratio humiliare nos debet. nō eleuare in superbiā mentis: s̄ p ppriā fragilitatem inducere ad spem diuine misericordie et pietatis: sine q̄ nihil boni incipe valemus nec p̄ficere dñō attestante q̄ ait. Quia sine me nihil potestis facere. Propria namq; fragilitas nos maxie p̄mit: s̄ diuina inspiratio ac celestis visitatio deficientes iterū erigit: et ad bñ operandū cōfortat: atq; ad sustinendū quēcūq; improuisus nre ordinat: iusto occultoq; iudicio oīa dispensat. Ipse enī cura est de oibus nobis: ab initio vite vsq; ad finē mortis. Qui enī fecit nos nō derelinquet nos si cū nō relinqui mus: s̄ faciet cū tentatōe puentū vt possim? resistere. et molestias eius sustinere. Dicam? ergo cū sc̄to in psalmo: qm̄ impugnamur ab inimico maligno. Adiua me dñe de? meus ne derelinqs me. Et iterū cū tota mētis fidu-

cia clamemus ad xpm̄ in celis. Oculi mei sp̄ ad dñm: qm̄ ipse euellet de laqueo pedes meos. Pax veraz pfecta requies est in celo nō in terra: qz hic oīa sūt in motu et timore et frequēti p̄sura. Igitur fortis patientia nobis sume necessaria est in hac fragili vita: q̄ nō est nisi q̄ tūdiana lucratio ptra vicia. Siue enī hō fuerit i domo ppria siue aliena siue inter notos aut familiares amicos: cito sibi obuiabit qd displicet aut p̄turbat aīe quietē nullibi turā. Ponat q̄ quilibet se ad patientiā sicut meli? p̄t: et patienter p̄toret quēcūq; deus p̄miserit? sic ampliorē pacē habebit? vita: q̄ nō est nisi q̄ sus et vitupatus fuerit: vincat supbiā suā. et disceat pati p̄tūmiliā: et inueniet apud deum gratiā magnā et gloriā eternā. Doleat se peccasse et minus patienter p̄tēptū sui tolerasse et de oibus offensis humiliter veniā petat: et deus libet̄ oīa sibi dimittet. Dilecti fr̄es nō desperetis. nec mala malis adijciatis: s̄ statū qm̄ p̄scia vos accusat ad p̄fessionis remediū festinetis. Solus deus est: in quē pctm̄ non cadit. Nam in angelis suis repperit prauitatem et magna ps eorū de celo cecidit p supbiā: qz de donis sibi collatis nō dederūt deo gloriā. P̄nuus hō in paradiso tentatus ē et deceptus: et ppter inobediētē culpam de loco voluptatis eiectus fuit in huius mūdi miseriā. Quid ergo mirū si frater aliq; fragilia a dyabolo et carne grauitē tentat? vel a multis p culpa sua increpatus. qm̄q; erret et peccet. aut impatientes fiat: qm̄ hō bñ p̄ditus in paradiso cecidit. vbi tot cōmoda et nulla incōmoda habuit? Multi boni et iusti viri fuerūt in veteri lege sepius tentati et vexati a malis hoībus: s̄ patienter malos sustinuerūt: vt meliores p aduersa fierēt. Et qz vō p voluntatem dei malis resistērūt: et iustā vindictā impijs reddiderūt: ne boni oppressi in tribulatione nimia deficerēt. Quidā etiā subita tentatiōe fracti ceciderūt: alij longa egritudine quassati. humiliati sunt in iniquitatibus suis: et q̄s diuitie et honores extulerūt: dolores et cōfusiones ad fragilitatis sue cognitionē rederūt. Multi qz post grauē lapsū cito penitendo fortiores surrexērūt: et in sc̄a p̄uersatiōe vitā laudabiliter sūmarūt. Ep̄ibus xpi et ap̄lorū eius fuerūt boni malis p̄mixti: in ciuitate. i itinere. in domo in deserto Aliq; xpo crediderunt et opera eius laudauerunt: quidam sibi contradixerūt. et de eo murmurauerūt. Quidam etiam mistica verba eius male intelligentes ipsūm deriserunt. et quia